





90655

264

ZBIORY SLASKIE

K 389 / F 51

Praefatio.

Ex Rituali Vratislaviensi jussu et auctoritate Reverendissimi ac Celsissimi Domini Melchioris, Principis Episcopi Vratislaviensis, in usum venerabilis Cleri sui modo edito depromptum, apparet hocce Manuale Ritualis Vratislaviensis, quotidiana et magis necessaria ad Sacramentorum administrationem complectens, quod in minoris libelli formam reductum, a Sacerdotibus, in cura animarum ad remotiora loca vocatis, facile in promptu haberi secumque portari potest.

Eundem in finem collectae etiam atque adjectae sunt in appendice nonnullae preces et meditationes, tum Sacerdotibus ipsis in suis piis quotidianis exercitiis, tum in visitatione in-

firmorum et in assistentia spirituali moribundis praestanda inservientes.

Accipite ergo benevole, Fratres dilectissimi, libellum hunc usui Vestro accommodatum, sincerrimoque animo Vobis oblatum, et memores coram Domino interdum sitis editoris, qui biennio in alma Vratislaviensi Diocesi commoratus, jamque in patriam reversurus, gratam semper et laetam conservabit, quamdiu vixerit, memoriam Vestri populi que Vobis commissi, ejus fidem pietatemque toties summa cum aedificatione miratus est.

Vratislaviae, in Octava S. Joannis Baptistae

MDCCCXLVII.

Jos. Lipf.

Index.

I. De Sacramento Baptismi.

	Pag.
Ordo Baptismi Parvulorum. (latine)	1
Ritus baptizandi Parvulos. (germanice)	10
Ordo supplendi omnia super Baptizatum.	18
Ritus baptizandi Parvulos. (polonice)	20
Ordo supplendi omnia super Baptizatum. (polonice)	30

II. De Sacramento Poenitentiae.

Ordo administrandi Sacramentum Poenitentiae.	32
Absolutio ab Excommunicatione.	34
Absolutio a Suspensione vel Interdicto.	36
Casus summo Pontifici reservati.	37
Casus episcopales in dioecesi Vratislav. reservati.	37 205

III. De Sacramento Ss. Eucharistiae.

Ordo ministrandi sacram Communionem.	38
De communione Infirmorum. (latine)	41
De communione Infirmorum. (germanice)	44
De communione Infirmorum. (polonice)	46

IV. De Sacramento extremae Unctionis.

Ordo ministrandi Sacramentum extremae Unctionis. (latine)	50
Benedictio apostolica in articulo mortis. (latine)	56
Ordo administrandi Sacram. extremae Unctionis. (germanice)	60
Absolutio generalis. (germanice)	66
Ordo ministrandi Sacram. extremae Unctionis. (polonice)	69
Absolutio generalis. (polonice)	77

V. De Sacramento Matrimonii.

Ritus celebrandi Matrimonium. (germanice)	81
Ritus celebrandi Matrimonium. (polonice)	86
Modus introducendi mulierem in Ecclesiam post consummatum Matrimonium. (latine)	92
Modus introducendi mulierem in Eccles. etc. (germanice)	95
Modus introducendi mulierem in Eccles. etc. (polonice)	98
Einsegnung einer Jubelehe. (germanice)	101
Pobłogosławienie wesela złotego.	106
Benedictio mulieris post partum. (latine)	113
Benedictio mulieris post partum. (germanice)	116
Benedictio mulieris post partum. (polonice)	121

VI. De Exequiis.

Ordo sepeliendi Adultos. (latine)	128
Ordo Exequiarum brevior.	138
De officio faciendo in Exequiis.	140
Ordo sepeliendi Parvulos. (latine)	142

	Pag.
Ordo sepeliendi Adultos. (germanice)	148
Ordo sepeliendi Parvulos. (germanice)	154
Ordo sepeliendi Adultos. (polonice)	158
Ordo sepeliendi Parvulos. (polonice)	167

VII. De Benedictionibus.

Regulae generales.	171
1. Ordo ad faciendam Aquam benedictam.	172
2. Modus aspersionis Aquae benedictae in Dominicis	175
3. Benedictio Vini in festo S. Joannis Evang.	177
4. Benedictio in Visitatione domorum tempore Epiphaniae. (latine)	179
Benedictio in Visitatione domorum tempore Epiphaniae. (germanice)	181
Benedictio in Visitatione domorum tempore Epiphaniae. (polonice)	182
5. Benedictio Candelarum extra festum Purificationis B. V. Mariae.	184
6. Benedictio Candelarum in festo S. Blasii	185
7. Benedictio Esculentorum praesertim in Pascha	187
8. Preces ad repellendam tempestatem.	189
9. Benedictio domorum quovis tempore facienda.	192
10. Benedictio domus novae.	192
11. Benedictio cujuscunque loci.	193
12. Benedictio Seminum communis.	193
13. Benedictio novorum Fructuum quorumvis.	194
14. Benedictio cujuscunque rei comestibilis vel potabilis.	195
15. Benedictio simplex Crucis.	195
16. Benedictio simplex Iconum seu Imaginum Dei et San- ctorum.	196
17. Benedictio simplex Rosarii.	196
18. Benedictio in osculo s. Reliquiarum	197
19. Benedictio Infantium aegrotorum.	197
20. Benedictio Infirmorum.	199
21. Benedictio cujuslibet rei.	202

In gratiarum actione.	202
Litaniae omnium Sanctorum. (germanice)	206
Loretanische Litanei.	211
Litania do wszystkich Świętych.	213
Litania o Najświętszej Maryi Pannie	220
Gebet für das allgemeine Anliegen der Christenheit.	223
Modlitwa kościelna po kazaniu.	223

I.

De Sacramento Baptismi.

Cum Baptismi Sacramentum administrandum est, in promptu esse debent:

Vascula sacri Olei Catechumenorum et Chrysmatis; vasculum cum sale benedicendo vel jam benedicto; pelvis ad excipiendam aquam ex capite baptizati defluentem; bombactum seu quid simile ad abstergenda loca sacris Oleis inuncta; stola ex una parte violacei, ex altera autem albi coloris, vel duae stolae una albi, altera violacei coloris; medulla panis, qua inuncti Sacerdotis digiti, cum manus lavat, abstergantur, et vas pro manuum lotionem post Baptismum; alba vestis in modum pallioli seu linteolum candidum infantis capiti imponendum; candelula cerea baptizato ardens tradenda; liber baptismalis, in quo baptizati describuntur.

Omnibus opportune praeparatis, Sacerdos ad Sacramenti administrationem lotis manibus, superpelliceo et stola violacea indutus accedat ad limen Ecclesiae, ubi foris expectant, qui infantem detulerunt,

Ordo Baptismi Parvulorum.

Sacerdos interrogat Paternos de nomine infantis, et eo intellecto quaerit:

N. Quid petis ab Ecclesia Dei?

Respondet Patrinus: Fidem.

S. Fides quid tibi praestat?

R. Vitam aeternam.

S. Si igitur vis ad vitam ingredi, serva mandata: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex tota mente tua: et proximum tuum sicut te ipsum.

Deinde ter exsufflet leniter in faciem infantis et dicat semel:

Exi ab eo (ea), immunde spiritus, et da locum Spiritui sancto Paraclito.

Postea pollice faciat signum Crucis in fronte et in pectore infantis dicens:

Accipe signum Crucis tam in fronte †, quam in corde †, sume fidem coelestium praeceptorum, et talis esto moribus, ut templum Dei jam esse possis.

Oremus.

Preces nostras, quaesumus, Domine, clementer exaudi: et hunc electum tuum (hanc electam tuam) **N.** Crucis Dominicae impressione signatum (signatam) perpetua virtute custodi, ut magnitudinis gloriae tuae rudimenta servans, per custodiam mandatorum tuorum ad regenerationis gloriam pervenire mereatur. Per Christum Dominum nostrum. **R.** Amen.

Deinde imponat manum super caput infantis dicens:

Oremus.

Omnipotens sempiternae Deus, Pater Domini nostri Jesu Christi, respicere dignare super hunc famulum tuum (hanc famulam tuam) **N.**, quem (quam) ad rudimenta fidei vocare dignatus es: omnem caecitatem cordis ab eo (ea) expelle; disrumpe omnes laqueos satanae, quibus fuerat colligatus (colligata); aperi ei, Domine, januam pietatis tuae, ut signo sapientiae tuae imbutus (imbuta), omnium cupiditatum foetoribus careat, et ad suavem odorem praeceptorum tuorum laetus (laeta) tibi in Ecclesia tua deserviat et proficiat de die in diem. Per eundem Christum Dominum nostrum. **R.** Amen.

Deinde immittat modicum salis benedicti in os infantis ac dicat:

N. Accipe sal sapientiae; propitiatio sit tibi in vitam aeternam.

R. Amen.

Sacerdos: Pax tecum. **R.** Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Deus Patrum nostrorum, Deus universae Conditor veritatis, te supplices exoramus, ut hunc famulum tuum (hanc famulam tuam) **N.** respicere digneris propitius, et hoc primum pabulum salis gustantem non diutius esurire permittas, quo minus cibo expleatur coelesti, quatenus sit semper spiritu fervens,

spe gaudens, tuo semper nomini serviens. Perduc eum (eam), Domine, quaesumus, ad novae regenerationis lavacrum, ut cum fidelibus tuis promissionum tuarum aeterna praemia consequi mereatur. Per Christum Dominum nostrum. *R. Amen.*

Exorcizo te, immunde spiritus, in nomine Patris † et Filii † et Spiritus sancti †, ut exeas et recedas ab hoc famulo (hac famula) Dei *N.*; ipse enim tibi imperat, maledicte, damnate, qui pedibus super mare ambulavit et Petro mergenti dexteram porrexit.

Ergo, maledicte diabole, recognosce sententiam tuam et da honorem Deo vivo et vero, da honorem Jesu Christo, Filio ejus, et Spiritui sancto, et recede ab hoc famulo (hac famula) Dei *N.*, quia istum (istam) sibi Deus et Dominus noster Jesus Christus ad suam sanctam gratiam et benedictionem fontemque baptismatis vocare dignatus est.

Hic pollice in fronte signat infantem, dicens:

Et hoc signum sanctae Crucis †, quod nos fronti ejus damus, tu, maledicte diabole, nunquam audeas violare. Per eundem Christum Dominum nostrum. *R. Amen.*

Mox imponit manum super caput infantis et dicit:

Oremus.

Aeternam ac justissimam pietatem tuam deprecor, Domine sancte, Pater omnipotens,

aeterne Deus, auctor luminis et veritatis, super hunc famulum tuum (hanc famulam tuam) *N.*, ut digneris illum (illam) illuminare lumine intelligentiae tuae; munda eum (eam) et sanctifica; da ei scientiam veram, ut dignus (digna) gratia Baptismi tui effectus (effecta) teneat firmam spem, consilium rectum, doctrinam sanctam. Per Christum Dominum nostrum. *R. Amen.*

Postea Sacerdos imponit extremam partem stolae super infantem et introducit eum in Ecclesiam, dicens:

N. Ingredere in templum Dei, ut habeas partem cum Christo in vitam aeternam. *R. Amen.*

Cum fuerint Ecclesiam ingressi, Sacerdos procedens ad fontem, in via loco quodam opportuno subsistit et cum susceptoribus clara voce dicit:

Credo in Deum, Patrem omnipotentem, Creatorem coeli et terrae; et in Jesum Christum, Filium ejus unicum, Dominum nostrum; qui conceptus est de Spiritu sancto, natus ex Maria Virgine; passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus et sepultus; descendit ad inferos, tertia die resurrexit a mortuis, ascendit ad coelos, sedet ad dexteram Dei, Patris omnipotentis; inde venturus est judicare vivos et mortuos. Credo in Spiritum sanctum; sanctam Ecclesiam Catholicam; Sanctorum communionem; remissionem peccatorum; carnis resurrectionem; vitam aeternam. Amen.

Pater noster, qui es in coelis, sanctificetur nomen tuum; adveniat regnum tuum; fiat voluntas tua, sicut in coelo et in terra. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie; et dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris; et ne nos inducas in tentationem; sed libera nos a malo. Amen.

Ac deinde, antequam accedat ad Baptisterium, dicat:

Exorcismus.

Exorcizo te, omnis spiritus immunde, in nomine Dei, Patris omnipotentis †, et in nomine Jesu Christi, Filii ejus, Domini et Judicis nostri †, et in virtute Spiritus sancti †, ut discedas ab hoc plasmate Dei N., quod Dominus noster ad templum sanctum suum vocare dignatus est, ut fiat templum Dei vivi, et Spiritus sanctus habitet in eo. Per eundem Christum Dominum nostrum, qui venturus est judicare vivos et mortuos et saeculum per ignem. **R. Amen.**

Postea Sacerdos digito accipiat de saliva oris sui et tangat aures et nares infantis; tangendo vero aurem dexteram et sinistram dicat:

Epheta, quod est: adaperire.

Deinde tangat nares, dicens:

In odorem suavitatis. Tu autem effugare, diabole: appropinquabit enim judicium Dei.

Tandem procedit ad fontem et ibidem consistens interrogat baptizandum nominatim, dicens:

N. Abrenuntias Satanae? Patr. R. Abrenuntio.

Sac.: Et omnibus operibus ejus? Patr. R. Abrenuntio.

Sac.: Et omnibus pompis ejus? Patr. R. Abrenuntio.

Deinde Sacerdos intingit pollicem in oleo Catechumenorum et infantem ungit in pectore et inter scapulas in modum Crucis, dicens:

Ego te linio † Oleo salutis in Christo Jesu, Domino nostro, ut habeas vitam aeternam. **R. Amen.**

Postea pollicem et inuncta loca abstergit bombacio, vel re simili, depositaque stola violacea et alia albi coloris assumpta, interrogat expresso nomine baptizandum, Patris respondens:

N. Credis in Deum, Patrem omnipotentem, Creatorem coeli et terrae? R. Credo.

Sac.: Credis in Jesum Christum, Filium ejus unicum, Dominum nostrum, natum et passum? R. Credo.

Sac. Credis et in Spiritum sanctum, sanctam Ecclesiam Catholicam, Sanctorum communionem, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, et vitam aeternam? R. Credo.

Sac.: N. Vis baptizari? Patr. R. Volo.

Tunc Patrino vel Matrino infantem ipsum tenente, Sacerdos manu sua dextera accipit aquam baptismalem, et de ea ter fundit super caput infantis in

modum Crucis, et simul verba proferens, semel tantum distincte et attente, dicit:

N. Ego te baptizo in nomine Patris † (*fundat primo*), et Filii † (*fundat secundo*), et Spiritus sancti † (*fundat tertio*).

Hic moneantur Patrini, ut infantem manu dextera tangant, et hoc pacto ipsum de sacro fonte levent ac suscipiant.

Si vero dubitatur, an infans fuerit baptizatus utatur hac forma:

N. Si non es baptizatus (baptizata), ego te baptizo in nomine Patris †, et Filii †, et Spiritus sancti †.

Deinde intingit pollicem in sacro Chrismate, et ungit infantem in summitate capitis in modum Crucis, dicens:

Deus omnipotens, Pater Domini nostri Jesu Christi, qui te regeneravit ex aqua et Spiritu sancto, quique dedit tibi remissionem omnium peccatorum (*hic inungit*), ipse te lineat Chrismate salutis † in eodem Christo Jesu Domino nostro in vitam aeternam. **R. Amen.**

Sacerdos: Pax tibi! **R.** Et cum Spiritu tuo.

Tum bombacio aut re simili abstergit pollicem suum et locum inunctum, et imponit capiti infantis linteolum candidum, loco vestis albae, dicens:

Accipe vestem candidam, quam immaculatam perferas ante tribunal Domini nostri Jesu Christi, ut habeas vitam aeternam. **R. Amen.**

Postea dat ei vel Patrino candelam accensam, dicens:

Accipe lampadem ardentem et irreprehensibilis custodi Baptismum tuum; serva Dei mandata, ut cum Dominus venerit ad nuptias, possis occurrere ei una cum omnibus Sanctis in aula coelesti, habeasque vitam aeternam et vivas in saecula saeculorum. **R. Amen.**

Hic ex consuetudine Dioecesis legendum est Evangelium S. Joannis.

Initium S. Evangelii secundum Joannem.

In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil, quod factum est. In ipso vita erat et vita erat lux hominum; et lux in tenebris lucet, et tenebrae eam non comprehenderunt. Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Joannes. Hic venit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum. Non erat ille lux, sed ut testimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera, quae illuminat omnem hominem, venientem in hunc mundum. In mundo erat, et mundus per ipsum factus est, et mundus eum non cognovit. In propria venit, et sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his, qui credunt in nomine ejus, qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. *Et verbum*

cara factum est et habitavit in nobis; et vidimus gloriam ejus, gloriam quasi Unigeniti a Patre, plenum gratiae et veritatis.

Postremo dicit:

N. Vade in pace, et Dominus sit tecum.

R. Amen.

Si baptizando periculum mortis immineat, antequam Baptismus perficiatur, Sacerdos omissis, quae Baptismum praecedunt, eum baptizet, ter vel etiam semel infundens aquam super caput ejus in modum Crucis, dicens: Ego te baptizo etc., ut supra pag. 8.

Si non habeatur aqua baptismalis, et periculum impendeat, Sacerdos utatur aqua simplici. Deinde si habeat Chrisma, liniat eum in vertice, dicens: Deus omnipotens, Pater Domini nostri etc. ut pag. 8.

Postea dat ei linteolum candidum, dicens: Accipe vestem candidam etc. ut supra pag. 8.

Ac demum dat ei ceream candelam accensam, dicens: Accipe lampadem ardentem etc. ut pag. 9.

Si supervixerit, suppleantur alii ritus omissi.

Antequam infans ex Ecclesia asportetur, aut susceptores discedant, eorum nomina et alia de administrato Baptismo ad praescriptam formam in baptismali libro Parochus accurate describat.

Ritus baptizandi Parvulos.

(Germanice.)

In Christo Geliebte! Unser göttlicher Heiland sprach kurz vor seiner glorreichen Himmelfahrt zu den Aposteln: „Gehet hin in alle Welt, und lehret alle Völker, und taufet sie im Namen des Vaters und des Sohnes und des heiligen Geistes.“ — Mit diesen Worten gab er den Apo-

steln den Auftrag, das Sakrament der heiligen Taufe auszuspenden, das erste und nothwendigste Sakrament, durch welches der Mensch geistig wiedergeboren, von der Erbsünde befreit, mit dem göttlichen Wohlgefallen beglückt, in die christliche Kirche aufgenommen und des ewigen Lebens theilhaft wird. Auch ihr seyd jezt im Hause Gottes erschienen, um diesem unmündigen Kinde die göttliche Taufgnade zuzuwenden. Ich frage euch nun, wie soll dieses Kind als ein neues Mitglied der christlichen Gemeinde heißen?

1. Nomine cognito, Sacerdos quaerit:

N. Was begehrt du von der Kirche Gottes?

Respondet Patrinus: Den Glauben.

S. Was giebt dir der Glaube?

R. Das ewige Leben.

S. Wenn du denn zum Leben eingehen willst, so halte die Gebote: „Du sollst den Herrn, deinen Gott, lieben aus deinem ganzen Herzen, aus deiner ganzen Seele, und aus deinem ganzen Gemüthe, und deinen Nächsten wie dich selbst.“

2. Deinde ter exsufflet leniter in faciem infantis et dicat semel:

Exi ab eo (ab ea), immunde spiritus, et da locum Spiritui sancto Paraclito.

3. Postea pollice faciat signum Crucis in fronte et in pectore infantis, dicens:

Empfange das Zeichen des Kreuzes sowohl auf die Stirn †, als auf das Herz †; empfang den Glauben der himmlischen Gebote und wandele so, daß du nunmehr ein Tempel Gottes seyn mögest.

Lasset uns beten!

Wir bitten Dich, o Herr, erhöre gnädiglich unser Gebet und bewahre durch immerwährende Kraft diesen Deinen

Erwählten (diese Deine Erwählte) *N.*, der (die) mit dem Kreuze des Herrn gezeichnet ist, auf daß er (sie), die erste Lehre von der Größe Deiner Herrlichkeit bewahrend, durch Haltung Deiner Gebote würdig werde, zur Ehre der Wiedergeburt zu gelangen. Durch Christum unsern Herrn. *R. Amen.*

4. *Deinde imponat manum super caput infantis et dicat:*

Lasset uns beten!

Allmächtiger, ewiger Gott, Vater unsers Herrn Jesu Christi, siehe gnädig herab auf diesen Deinen Diener (auf diese Deine Dienerin) *N.*, den (die) Du zu dem Anfange des Glaubens zu berufen gewürdigt hast. Treibe aus von ihm (ihr) alle Blindheit des Herzens, zerbrich alle Fesseln des Teufels, womit er (sie) gebunden war. Deffne ihm (ihr), o Herr, die Pforte Deiner Gnade, auf daß er (sie), durch das Zeichen Deiner Weisheit geweiht, von dem Pesthauche aller bösen Begierden frei sey, und nach dem lieblichen Geruche Deiner Gebote Dir in Deiner Kirche fröhlich diene und zunehme von Tag zu Tag. Durch denselben Christum unsern Herrn. *R. Amen.*

5. *Deinde immittat modicum salis benedicti in os infantis, dicens:*

N. Empfange das Salz der Weisheit; es gereiche dir zum ewigen Leben. *R. Amen.*

Vers. Der Friede sey mit Dir! *Resp.* Und mit deinem Geiste.

Lasset uns beten!

Gott unserer Väter, Gott, Du Urheber aller Wahrheit, wir bitten Dich demüthig, daß Du auf diesen Deinen Diener (diese Deine Dienerin) *N.* gnädig herabsehen wollest, und ihn (sie), der (die) nun zum ersten Male die Würze des Salzes kostet, nicht länger hungern laßest, vielmehr mit himmlischer Speise sättigest, damit er (sie) stets

eifrig im Geiste, fröhlich in der Hoffnung und treu im Dienste Deines Namens erfunden werde. Führe ihn (sie), o Herr, wir bitten Dich, zum Bade der neuen Wiedergeburt, auf daß er (sie) mit Deinen Gläubigen den ewigen Lohn Deiner Verheißungen zu erlangen würdig werde. Durch Christum unsern Herrn. *R. Amen.*

Exorcismus.

Exorcizo te, immunde spiritus, in nomine Patris †, et Filii †, et Spiritus sancti †, ut exeas et recedas ab hoc famulo Dei *N.*; ipse enim tibi imperat, maledicte, damnate, qui pedibus super mare ambulavit, et Petro mergenti dexteram porrexit.

Ergo, maledicte diabole, recognosce sententiam tuam, et da honorem Deo vivo et vero, da honorem Jesu Christo, Filio ejus, et Spiritui sancto, et recede ab hoc famulo Dei *N.*, quia istum sibi Deus, et Dominus noster Jesus Christus ad suam sanctam gratiam et benedictionem, fontemque baptismatis vocare dignatus est.

6. *Hic pollice in fronte signat infantem dicens:*

Et hoc signum sanctae Crucis †, quod nos fronti ejus damus, tu, maledicte diabole, nunquam audeas violare. Per eundem Christum Dominum nostrum. *R. Amen.*

7. *Mox imponit manum super caput infantis et dicit:*

Herr, heiliger, allmächtiger Vater, ewiger Gott, des Lichtes und der Wahrheit Gründer! Deine ewige und ge-

rechte Güte flehe ich herab über diesen Deinen Diener (diese Deine Dienerin) *N.*, daß Du ihn (sie) mit dem Lichte Deiner Erkenntniß erleuchten wollest. Reinige und heilige ihn (sie), gieb ihm (ihr) wahre Wissenschaft, damit er (sie) der Gnade Deiner Taufe gewürdigt, in fester Zuversicht, weisem Rathe und heiliger Lehre beharre. Durch Christum, unsern Herrn. *R. Amen.*

8. *Postea Sacerdos imponit extremam partem stolae super infantem, et introducit eum in Ecclesiam, dicens:*

N. gehe ein in den Tempel Gottes, damit du mit Christo Theil habest an dem ewigen Leben. *R. Amen.*

9. *Cum fuerint Ecclesiam ingressi, Sacerdos procedens ad fontem in via loco quodam opportuno subsistit et cum susceptoribus clara voce dicit:*

Ich glaube an Gott den Vater, den allmächtigen Schöpfer Himmels und der Erde, und an Jesum Christum, seinen eingebornen Sohn, unsern Herrn, der empfangen ist vom heiligen Geiste, geboren aus Maria der Jungfrau, gelitten unter Pontius Pilatus, gekreuziget, gestorben und begraben, abgestiegen zur Hölle, am dritten Tage wieder auferstanden von den Todten, aufgefahren gen Himmel, sitzet zur rechten Hand Gottes, des allmächtigen Vaters, von dannen er kommen wird zu richten die Lebendigen und die Todten. Ich glaube an den heiligen Geist, eine heilige katholische Kirche, Gemeinschaft der Heiligen, Nachlaß der Sünden, Auferstehung des Fleisches und ein ewiges Leben. *Amen.*

Vater unser, der du bist im Himmel, geheiligt werde dein Name, zu uns komme dein Reich, dein Wille geschehe, wie im Himmel, also auch auf Erden; unser tägliches Brod gieb uns heute, und vergieb uns unsere Schuld, wie auch wir vergeben unsern Schuldigern, und führe uns nicht in Versuchung, sondern erlöse uns vom Uebel. *Amen.*

10. *Ac deinde, antequam accedat ad baptisterium, dicat:*

Exorcismus.

Exorcizo te, omnis spiritus immunde, in nomine Dei Patris Omnipotentis †, et in nomine Jesu Christi Filii ejus Domini et Judicis nostri †, et in virtute Spiritus sancti †, ut discedas ab hoc plasmate Dei *N.*, quod Dominus noster ad templum sanctum suum vocare dignatus est, ut fiat templum Dei vivi, et Spiritus sanctus habitet in eo: per eundem Christum Dominum nostrum, qui venturus est judicare vivos et mortuos et saeculum per ignem. *R. Amen.*

11. *Postea Sacerdos digito accipiat de saliva oris sui, et tangat aures et nares infantis; tangendo vero aurem dexteram et sinistram dicat:*

Epheta, quod est: adaperire.

Deinde tangat nares, dicens:

In odorem suavitatis. Tu autem effugare diabole; appropinquabit enim judicium Dei.

12. *Tandem procedit ad fontem, et ibidem consistens interrogat baptizandum nominatim dicens:*

N. Widersagst du dem Teufel?

Resp. Patr.: Ich widersage.

S. Und allen seinen Werken? *R.* Ich widersage.

S. Und aller seiner Hoffart? *R.* Ich widersage.

13. *Deinde Sacerdos intingit pollicem in oleo Catechumenorum, et infantem ungit in pectore et interscapulas in modum Crucis, dicens:*

Ich salbe dich † mit dem Oele des Heiles in Christo Jesu, unserm Herrn, damit du das ewige Leben habest.
R. Amen.

14. *Postea pollicem et inuncta loca abstergit bombacio vel re simili, depositaque stola violacea et alia albi coloris assumpta, interrogat expresso nomine baptizandum, Patrino respondente.*

N. Glaubst du an Gott den Vater, den allmächtigen Schöpfer Himmels und der Erde? R. Ich glaube.

Glaubst du an Jesum Christum, seinen eingebornen Sohn, unsern Herrn, der empfangen ist von dem heiligen Geiste, geboren aus Maria der Jungfrau, gelitten unter Pontius Pilatus, gekreuziget, gestorben und begraben, abgestiegen zur Hölle, am dritten Tage wieder auferstanden von den Todten, aufgefahren gen Himmel, sitzet zur rechten Hand Gottes, des allmächtigen Vaters, von dannen er kommen wird zu richten die Lebendigen und die Todten?
R. Ich glaube.

Glaubst du an den heiligen Geist, eine heilige katholische Kirche, Gemeinschaft der Heiligen, Nachlaß der Sünden, Auferstehung des Fleisches und ein ewiges Leben?
R. Ich glaube.

15. *Deinde expresso nomine baptizandi Sacerdos interrogat:*

N. Willst du getauft werden? R. Ich will.

16. *Tunc Patrino, vel Matrino, vel utroque infantem ipsum tenente, Sacerdos manu sua dextera accipit aquam baptismalem, et de ea ter fundit super caput infantis in modum Crucis, et simul verba proferens semel tantum distincte et attente dicit:*

N. Ich taufe dich im Namen des Vaters † (*fundat primo*), und des Sohnes † (*fundat secundo*), und des heiligen Geistes † (*fundat tertio*).

Hic moneantur Patrini, ut infantem manu tangant, et hoc pacto ipsum de sacro fonte levent ac suscipiant.

17. *Si vero dubitatur, an infans fuerit baptizatus, utatur hac forma:*

N. Wenn du noch nicht getauft bist, taufe ich dich im Namen des Vaters †, und des Sohnes †, und des heiligen Geistes †.

18. *Deinde intingit pollicem in s. Chrismate, et ungit infantem in summitate capitis in modum Crucis, dicens:*

Der allmächtige Gott, der Vater unsers Herrn Jesu Christi, der dich aus dem Wasser und dem heiligen Geiste wiedergeboren und dir die Vergebung aller Sünden ertheilt hat (*hic intingit*), der salbe dich mit dem Chrisam des Heiles † in demselben Christo Jesu, unserm Herrn, zum ewigen Leben. R. Amen.

19. *Tum bombacio aut re simili abstergit pollicem suum et locum inunctum, et imponit capiti infantis linteoolum candidum loco vestis albae, dicens:*

Empfange das weiße Kleid, und bringe es unbefleckt vor den Richterstuhl unsers Herrn Jesu Christi, damit du das ewige Leben habest. R. Amen.

20. *Postea dat ei vel Patrino candelam accensam, dicens:*

Nimm hin diese brennende Kerze und bewahre deine Taufe untadelhaft; befolge die Gebote Gottes, damit, wenn der Herr zur Hochzeit kommt, du ihm zugleich mit allen Heiligen im himmlischen Saale entgegenkommen könnest, das ewige Leben habest und lebest in alle Ewigkeit. R. Amen.

21. *Hic ex consuetudine Dioecesis legendum est Evangelium S. Joannis.*

Anfang des heil. Evangeliums nach Johannes.

Im Anfange war das Wort, und das Wort war bei Gott, und Gott war das Wort. Dieses war im Anfange bei Gott. Alles ist durch dasselbe gemacht worden, und nichts wurde ohne dasselbe gemacht, was gemacht worden ist. In ihm war das Leben, und das Leben war das Licht der Menschen. Und das Licht leuchtete in die Finsterniß, aber die Finsterniß hat es nicht begriffen. Es war ein Mensch von Gott gesandt, der hieß Johannes. Dieser kam zum Zeugniß, damit er Zeugniß von dem Lichte gäbe, auf daß Alle durch ihn glauben möchten. Er war nicht das Licht, sondern er sollte Zeugniß von dem Lichte geben. Dieser war das wahre Licht, welches alle Menschen, die in diese Welt kommen, erleuchtet. Er war in der Welt, und die Welt ist durch denselben gemacht worden, aber die Welt hat ihn nicht erkannt. Er kam in sein Eigenthum, und die Seintigen nahmen ihn nicht auf. Allen aber, die ihn aufnahmen, gab er Macht, Kinder Gottes zu werden, — denen nämlich, die an seinen Namen glauben, welche nicht aus dem Geblüte, nicht aus dem Willen des Fleisches, noch aus dem Willen des Mannes, sondern aus Gott geboren sind. Und das Wort ist Fleisch geworden und hat unter uns gewohnt; und wir haben seine Herrlichkeit gesehen, die Herrlichkeit als des Eingebornen vom Vater, voll der Gnade und Wahrheit. *R. Gott sei Dank!*

22. *Postremo Sacerdos dicit:*

N. Gehe im Frieden und der Herr sey mit dir! R. Amen.

Ordo supplendi omissa super Baptizatum.

(Germanice).

Cum urgente mortis periculo, vel alia cogente necessitate, sive parvulus, sive adultus sacris precibus ac caeremoniis praetermissis fuerit baptizatus,

ubi convaluerit, vel cessaverit periculum, et ad Ecclesiam delatus fuerit, omissa omnia suppleantur: idemque ordo ac ritus baptismi servetur, excepto, quod interrogatio, an velit baptizari, formaque baptismi et ablutio praetermittuntur, et quaedam orationes et exorcismi, suo quique loco immutati, ut infra, dicuntur.

Sacerdos, antequam sal immittat in os baptizati, manum super caput ejus imponens, dicit:

Lasset uns beten!

Allmächtiger, ewiger Gott, Vater unsers Herrn Jesu Christi, siehe gnädig herab auf diesen Deinen Diener (diese Deine Dienerin) *N.*, den (die) Du bereits zum Anfange des Glaubens zu berufen gewürdigt hast. Treibe aus von ihm (ihr) alle Blindheit des Herzens, zerbrich alle Fesseln des Teufels, womit er (sie) gebunden war; öffne ihm (ihr), o Herr, die Pforte Deiner Gnade, daß er (sie), durch das Zeichen Deiner Weisheit geweiht, von dem Pesthauche aller bösen Begierden frei sey, und nach dem lieblichen Geruche Deiner Gebote Dir in Deiner Kirche fröhlich diene, von Tag zu Tag zunehme, und so fähig sey, die Frucht Deiner Taufgnade zu genießen, die er (sie) nach empfangenem Heilungsmittel des Salzes erhalten hat. *R. Amen.*

Deinde, posteaquam modicum salis immisit in os baptizati, dicens:

„Empfange das Salz der Weisheit, es gereiche Dir zum ewigen Leben. Amen!“ *dicit:*

Lasset uns beten!

Gott unserer Väter, Gott, Du Urheber aller Wahrheit, wir bitten Dich demüthig, daß Du auf diesen Deinen Diener (diese Deine Dienerin) *N.* gnädig herabsehen wollest, und ihn (sie), der (die) zum erstenmal die Würze des Salzes kostet, nicht länger hungern laßest, vielmehr mit

himmlischer Speise sättigest, damit er (sie) stets eifrig im Geiste, fröhlich in der Hoffnung und treu im Dienste Deines Namens befunden werde; und daß er (sie), den (die) Du zum Bade der neuen Wiedergeburt hingeführt hast, mit Deinen Gläubigen den ewigen Lohn Deiner Verheißungen zu empfangen würdig werde. Durch Christum, unsern Herrn. *R. Amen.*

Post haec, facto signo Crucis in fronte baptizati dictisque illis verbis:

„Et hoc signum sanctae Crucis †, quod nos fronti ejus damus, tu, maledicte diabole, nunquam audeas violare. Per eundem Christum Dominum nostrum. *R. Amen.*“

Manu super caput ejus imposita, dicit:

Lasset uns beten!

Herr, heiliger Vater, allmächtiger, ewiger Gott, Urheber des Lichtes und der Wahrheit, Deine ewige und gerechte Güte siehe ich herab über diesen Deinen Diener (diese Deine Dienerin) *N.*, daß Du ihn (sie) mit dem Lichte Deiner Erkenntniß erleuchten wollest. Reinige und heilige ihn (sie), gieb ihm (ihr) wahre Wissenschaft, daß er (sie) Deiner empfangenen Taufgnade sich zu erfreuen würdig, und durch Bewahrung fester Zuversicht, weisen Rathes und heiliger Lehre fähig sey, in dieser Deiner Taufgnade zu beharren. Durch Christum, unsern Herrn. *R. Amen!*

Ritus baptizandi Parvulos.

(Polonice.)

Rochani Chrześcianie! Bóg i Zbawiciel nasz krótko przed chwalebném wniebowstąpieniem swoim rzekł do apostołów: „Idąc na cały świat, nauczajcie wszystkie narody,

chrzcząc je w imię Ojca i Syna i Ducha świętego.“ W tych słowach dał on apostołom rozkaz, aby sprawowali święty sakrament Chrztu, ten to pierwszy i najpotrzebniejszy Sakrament, przez który się człowiek duchownie odradza, od grzechu pierworodnego, oczyszcza, upodobaniem Bożem uszczęśliwia do kościoła chrześcijańskiego przyjmuje i żywota wiecznego uczestnikiem się staje. I wy przybyliście teraz do tego domu Bożego aby podać to niemowlątko do chrztu świętego. Przetoż się was pytam: jak chcecie, aby to dziecko, mające być nowym Kościoła Katolickiego członkiem, się nazywało?

Nomine cognito Sacerdos quaerit:

N. Czego żadasz od kościoła Bożego?

Respondet Patrimus: Wiary.

S. Wiara coć dawa?

R. Żywot wieczny.

S. Jeżeli chcesz wnijsć do żywota, chowaj przykazania: Będziesz miłował (miłowała) Pana Boga twego ze wszystkiego serca twego, ze wszystkiój duszy twojój i ze wszystkiój myśli twojój: a bliźniego twego, jako siebie samego, (siebie samą).

Deinde ter exsufflet leniter in faciem infantis et dicat semel:

S. Exi ab eo (ab ea) immunde spiritus, et da locum Spiritui sancto Paraclito.

Postea pollice faciat signum crucis in fronte et in pectore infantis, dicens.

S. Weźmij znak krzyża, tak na czole †, jak i na sercu †, przyjmij wiarę niebieskich przykazań i tak staraj się prowadzić twoje życie, abyś stać się już mógł (mogła) przybytkiem Boga.

Módlmy się.

Modły nasze, prosimy cię Panie, łaskawie wysłuchaj i tego wybranego Twego (tę wybraną Twoją) *N.*, krzyża Pańskiego cechą naznaczonego (naznaczoną), odwieczną mocą twoją zachowuj: aby wielkości chwały Twojej pierwiastków strzegąc, przez chowanie przykazań Twoich do chwały odrodzenia przyjść zasłużył (zasłużyła). Przez Chrystusa Pana naszego. *R.* Amen.

Deinde imponat manum super caput infantis et dicat:

Módlmy się.

Wszechmogący wieczny Boże, Ojczy Pana naszego Jezusa Chrystusa, spojrzuj łaskawie na tego sługę Twego (tę służebnicę Twoją) *N.*, któregoś (którąś) do początków wiary powołać raczył: wszelką ślepotę serca od niego (niej) oddał: skrusz wszystkie kajdany szatana, ktoremi był związanym (była związana): otwórz mu (jej), Panie, bramę dobroci Twojej, aby znakiem mądrości Twojej naznaczony (naznaczona) wolnym był (wolną była) od brudu wszelakich pożądli-

wości, i ku słodkiej woni przykazań Twoich z radością Tobie w kościele służył (służyła), i pomnażał (pomnażała) się od dnia do dnia. Przez tegoż Chrystusa Pana naszego. *R.* Amen.

Deinde immittat modicum salis benedicti in os infantis, dicens:

N. Weźmij do ust sól mądrości i niech ci posłuży na żywot wieczny. *R.* Amen.

S. Pokój z tobą. *R.* I z duchem twoim.

Módlmy się.

Boże ojców naszych, Boże źródło wszelkiej prawdy, prosimy Cię pokornie: abyś na tego sługę Twego (tę sługę Twoją) *N.* wejrzeć łaskawie raczył, a tej pierwszej przyprawy soli kosztującemu (kosztującą) nie dał dłużej łaknąć, ale go (ją) pokarimem nasycił niebieskim: ażeby zawsze był (była) w duchu żarliwym (żarliwą), nadzieją uweselonym (uweseloną), i służył (służyła), zawsze imieniowi Twojemu. Doprowadź go (ją), prosimy Cię Panie, do łaźni nowego odrodzenia, aby z wiernymi Twoimi wieczną obietnicę Twoich zapłatę otrzymać był (była) godną. Przez Chrystusa Pana naszego. *R.* Amen.

Exorcismus.

Exorcizo te, immunde spiritus, in nomine Patris †, et Filii †, et Spiritus sancti †, ut exeas et recedas ab hoc famulo Dei *N.*; ipse

enim tibi imperat, maledicte, damnate, qui pedibus super mare ambulavit, et Petro mergenti dexteram porrexit.

Ergo, maledicte diabole, recognosce sententiam tuam, et da honorem Deo vivo et vero, da honorem Jesu Christo, Filio ejus, et Spiritui sancto, et recede ab hoc famulo Dei *N.* quia istum sibi Deus, et Dominus noster Jesus Christus ad suam sanctam gratiam et benedictionem, fontemque baptismatis vocare dignatus est.

Hic pollice in fronte signat infantem, dicens:

Et hoc signum sanctae Crucis †, quod nos fronti ejus damus, tu, maledicte diabole, nunquam audeas violare. Per eundem Christum Dominum nostrum. *R.* Amen.

Mox imponit manum super caput infantis et dicit:

Błagam wieczną i najsprawiedliwszą dobroć Twoję, Panie święty, Ojczy wszechmogący, Boże wieczny, sprawco światłości i prawdy, za tego sługę Twego (tę sługę Twoję) *N.*, abyś go (ją) raczył oświecić światłem poznania Twego: oczyść go (ją) i poświęć: daj mu (jój) znajomość prawdziwą, aby stawszy się godnym (godną) łaski chrztu Twojego zachował mocną ufność, prawą roztropność, świętą naukę. Przez Chrystusa Pana naszego. *R.* Amen.

Postea Sacerdos imponit extremam partem stolae

super infantem, et introducit eum in ecclesiam, dicens:

N. Wnijdź do świątyni Bożej, abyś miał (miała) cząstkę z Chrystusem na żywot wieczny.

R. Amen.

Cum fuerint ecclesiam ingressi, Sacerdos procedens ad fontem, in via loco quodam opportuno subsistit et cum susceptoribus clara voce dicit:

Wierzę w Boga Ojca, wszechmogącego stwórcy nieba i ziemi. I w Jezusa Chrystusa, Syna jego jedynego, Pana naszego: który się począł z Ducha świętego, narodził się z Maryi Panny: umęczon pod Pontskim Piłatem, ukrzyżowan, umarł i pogrzebion: zstąpił do piekieł, trzeciego dnia zmartwychwstał: wstał na niebiosy, siedzi na prawicy Boga Ojca wszechmogącego: ztamtąd przyjdzie sądzić żywych i umarłych. Wierzę w Ducha świętego: święty kościół powszechny, Świętych obcowanie: grzechów odpuszczenie: ciała zmartwychwstanie: i żywot wieczny. Amen.

Ojczy nasz, któryś jest w niebie! Święć się imię Twoje: przyjdź królestwo Twoje: bądź wola Twoja, jako w niebie, tak i na ziemi. Chleba naszego powszedniego daj nam dzisiaj: i odpuść nam nasze winy, jako i my odpuszczamy naszym winowajcom: i nie wódz nas na pokuszenie: ale nas zbaw ode złego. Amen.

Ac deinde, antequam accedat ad baptisterium, dicat:

Exorcismus.

Exorcizo te, omnis spiritus immunde, in nomine Dei Patris omnipotentis †, et in nomine Jesu Christi Filii ejus Domini et Judicis nostri †, et in virtute Spiritus sancti †, ut discedas ab hoc plasmate Dei N., quod Dominus noster ad templum sanctum suum vocare dignatus est, ut fiat templum Dei vivi, et Spiritus sanctus habitet in eo; per eundem Christum Dominum nostrum, qui venturus est judicare vivos et mortuos et saeculum per ignem. *R. Amen.*

Postea Sacerdos digito accipiat de saliva oris sui, et tangat aures et nares infantis; tangendo vero aurem dexteram et sinistram, dicat:

Epheta, quod est: adaperire.

Deinde tangat nares, dicens:

In odorem suavitatis. Tu autem effugare diabole; appropinquabit enim judicium Dei.

Tandem procedit ad fontem, et ibidem consistens, interrogat baptizandum nominatim, dicens:

N. Odrzekasz się ducha złego?

Respondent patrini: Odrzekam.

Sacerdos rursus interrogat:

J wszystkich spraw jego? R. Odrzekam.

S. Jwszelkiej pychy jego? R. Odrzekam.

Deinde Sacerdos intingit pollicem in oleo Catechumenorum et infantem ungit in pectore et inter scapulas in modum crucis, dicens:

Namaszczam cię † olejem zbawienia w Chrystusie Jezusie, Panu naszym, abyś miał żywot wieczny. *R. Amen.*

Postea pollicem et inuncta loca abstergit bombacio vel re simili, depositaque stola violacea et alia albi coloris assumpta, interrogat expresso nomine baptizandum, patrino respondente:

N. Wierzysz w Boga Ojca, wszechmogącego Stworzyciela nieba i ziemi? R. Wierzę.

S. Wierzysz w Jezusa Chrystusa, Syna jego jedynego Pana naszego: który się począł z Ducha świętego, narodził się z Maryi Panny: umęczon pod Pontskim Piłatem, ukrzyżowan, umarł i pogrzebion: zstąpił do piekieł, trzeciego dnia zmartwychwstał: wstąpił na niebiosa, siedzi na prawicy Boga Ojca wszechmogącego: ztamtąd przyjdzie sądzić żywych i umarłych? R. Wierzę.

S. Wierzysz w Ducha świętego: święty Kościół powszechny, Świętych obcowanie: grzechów odpuszczenie: ciała zmartwychwstanie: i żywot wieczny? R. Wierzę.

Deinde expresso nomine baptizandi Sacerdos dicit:

N. Cheesz być ochrzczonym (ochrzczone)?

R. Chcę.

Tunc patrino vel matrino vel utroque infantem ipsum tenente, Sacerdos manu sua dextera accipit aquam baptismalem et de ea ter fundit super caput infantis in modum crucis et simul verba proferens semel tantum distincte et attente.

N. Ja ciebie chrzczę w imię Ojca † (fun-

dat primo), i Syna † (*fundat secundo*), i Ducha świętego † (*fundat tertio*).

Hic moneantur patrini, ut infantem manu tangant et hoc pacto ipsum de sacro fonte levent ac suscipiant. Si vero dubitatur, an infans fuerit baptizatus, utatur hac forma:

N. Jeżeli nie jest ochrzczonym (ochrzczoną), ja ciebie chrzczę w imię Ojca †, i Syna †, i Ducha † świętego.

Deinde intingit pollicem in sacro Chrismate et ungit infantem in summitate capitis in modum crucis, dicens:

Bóg wszechmogący, Ojciec Pana naszego Jezusa Chrystusa, który cię odrodził z wody i Ducha świętego, i który dał ci odpuszczenie wszystkich grzechów, (*hic inungit*) niech sam namaści cię chryzmem zbawienia † w tymże Chrystusie Jezusie, Panu naszym, na żywot wieczny.

R. Amen.

S. Pokój z tobą.

R. I z duchem twoim.

Tum bombacio aut re simili abstergit pollicem sinul et locum inunctum, et imponit capiti infantis linteolum candidum loco vestis albae, dicens:

Weź białą sukienkę, którą niepokalaną zanieś przed stolicę Pana naszego Jezusa Chrystusa, abyś miał żywot wieczny. **R.** Amen.

Postea dat ei vel patrino candelam accensam, dicens:

Weź świecę gorejącą i nienaganny strzeż

chrztu twojego, zachowaj przykazania Boże abyś mógł gdy przyjdzie Pan na gody, wyjść przeciwko niemu wraz ze wszystkimi Świętymi w przybytku niebieskim, miał żywot wieczny i żył na wieki wieków. **R.** Amen.

Początek ewangelii podług św. Jana.

Na początku było Słowo, a Słowo było u Boga, a Bogiem było Słowo. To było na początku u Boga. Wszystko się przez nie stało: a bez niego nic się nie stało, co się stało. W nim był żywot: a żywot był światłością ludzi: a światłość w ciemnościach świeci: a ciemności jej nie ogarnęły. Był człowiek posłany od Boga, któremu imię było Jan. Ten przyszedł na świadectwo: aby świadczył o światłości, aby przezeń wszyscy uwierzyli. Niebyłci on światłością: ale iżby świadczył o światłości. Była światłość prawdziwa, która oświeca wszelkiego człowieka na ten świat przychodzącego. Na świecie był: a świat jest uczyniony przez niego: a świat go nie poznał. Przyszedł do swęj własności: a swoi go nie przyjęli. Lecz którzykolwiek przyjęli go, tym dał moc, aby się stali synami Bożymi: tym, którzy wierzą w imię jego: którzy nie z krwi, ani z wóli ciała, ani z wóli męża, ale z Boga się narodzili. *A Słowo stało się Ciałem i mieszkało między nami i widzieliśmy chwałę jego*

chwałę jako jednorodzonego od Ojca pełne łaski i prawdy.

R. Dzięki Bogu.

Postremo Sacerdos dicit:

N. Idź w pokoju, a Pan niechaj będzie z tobą.

R. Amen.

Ordo supplendi omissa super Baptizatum.

Sacerdos, antequam immittat salem in os baptizati, manum super caput ejus imponens dicit:

Módlmy się.

Wszechmogący wieczny Boże, Ojciec Pana naszego Jezusa Chrystusa, spojrzij łaskawie na tego sługę Twego (tę sługę Twoję) *N.*, któregoś (któraś) już do początków wiary powołać raczył: wszystkie ślepotę serca od niego (niej) oddal: skrusz wszystkie więzy szatana, którymi był związanym (była związana): otwórz mu (jej), Panie, bramę dobroci Twojej, aby znakiem mądrości Twojej naznaczony (naznaczona) wolnym był (wolną była) od zmyy wszelakich pożądliwości, i ku słodkiej woni przykazań Twoich z radością Tobie w kościele służył (służyła), i pomnażał (pomnażała) się od dnia do dnia, a tak zdolnym był (zdolną była) korzystać z łaski chrztu Twego, którą przez przyjęcie pożywniej soli otrzymał. *R. Amen.*

Deinde, posteaquam modicum salis immisit in os baptizati, dicat:

Wézmij sól mądrości: niech ci posłuży na żywot wieczny. *R. Amen.*

Módlmy się.

Boże ojców naszych, Boże źródło wszelkiej prawdy, prosimy Cię pokornie: abyś na tego sługę Twego (tę sługę Twoję) *N.* wejrzeć łaskawie raczył, a tej pierwszej przyprawy soli kosztującemu (kosztującój) nie dał dłużej łaknąć, ale go (ją) pokarmem napełnił niebieskim: a żeby zawsze był (była) w duchu żarliwym (żarliwą), nadzieją uweselonym (uweseloną), i służył (służyła) zawsze imieniu Twojemu. Doprowadź go (ją), prosimy Cię Panie, do łaźni nowego odrodzenia, aby z wiernymi Twoimi wieczną obietnic Twoich zapłatę otrzymać był godzien (była godną). Przez Chrystusa Pana naszego.

R. Amen.

Post haec, facto signo crucis in fronte baptizati dictisque illis verbis:

A tego znaku krzyża † świętego, który my na czole jego kładziemy, ty, potępieńcze, nie poważaj się nigdy naruszyć. Przez tegoż Chrystusa Pana naszego. *R. Amen.*

Manu super caput ejus imposita, dicit:

Módlmy się.

Błagam wieczną i najsprawiedliwszą dobroć

Twoję, Panie święty, Ojczy wszechmogący Boże wieczny, sprawco światłości i prawdy, za tego służę Twego (tę służę Twoję) N., abyś go (ją) raczył oświecić światłem poznania Twego: oczyścić go (ją) i poświęcić: daj mu (jej) znajomość prawdziwą, aby stawszy się godnym (godną) łaski chrztu Twójemu, zachował mocną ufność, prawą roztropność, świętą naukę. Przez Chrystusa Pana naszego. R. Amen.

II.

De Sacramento Poenitentiae.

Ordo administrandi Sacramentum Poenitentiae.

Sacerdos superpelliceo et stola violacei coloris utatur et non sine oratione ac debita intentione ingrediatur sacrum tribunal. — Si poenitens sit rite dispositus dicat confessarius:

Dominus sit in corde tuo et in labiis tuis, ut digne et competenter confitearis peccata tua in nomine Patris † et Filii et Spiritus sancti. Amen.

Absolutionis forma.

Cum confessarius poenitentem absolvere voluerit, iuncta ei prius et ab eo acceptata salutari poenitentia, primo dicit:

Misereatur tui omnipotens Deus, et dimis-

sis peccatis tuis, perducat te ad vitam aeternam. Amen.

Deinde, dextera versus poenitentem elevata, dicit:

Indulgentiam, absolutionem et remissionem peccatorum tuorum tribuat tibi omnipotens et misericors Dominus. Amen.

Dominus noster Jesus Christus te absolvat, et ego auctoritate ipsius te absolvo ab omni vinculo excommunicationis, suspensionis et interdicti, in quantum possum, et tu indiges.

Deinde: Ego te absolvo a peccatis tuis in nomine Patris †, et Filii, et Spiritus sancti. Amen.

Si poenitens est laicus, omittitur verbum: „suspensionis.“

Passio Domini nostri Jesu Christi, merita B. Mariae Virginis et omnium Sanctorum, quidquid boni feceris et mali sustinueris, sint tibi in remissionem peccatorum, augmentum gratiae et praemium vitae aeternae. Amen.

Denique inclinatione capitis poenitentem a se dimittit.

In confessionibus autem frequentioribus et brevioribus et in magno poenitentium concursu omitti potest: Misereatur etc. et satis erit dicere: Dominus noster Jesus Christus etc., ut supra, usque ad illud: Passio Domini etc.

Urgente vero aliqua gravi necessitate in periculo mortis, breviter dicere poterit: Ego te absolvo ab omnibus censuris et peccatis in nomine Patris † etc.

Absolutio sacramentalis impertienda est a Sacerdote detecto capite.

Omnis absolutio cuiuscunque nominis, sive ab excommunicatione, sive a suspensione, sive ab interdicto, praecedere debet ipsam absolutionem a peccatis; dispensatio vero omnis, si qua in Confessionali expedienda est, sive in votis, sive in irregularitate, sive in impedimentis matrimonii, uti etiam rehabilitationes et condonationes, expediuntur immediate post absolutionem a peccatis ante orationem illam „Passio Domini nostri“ etc., quae deinde subjungitur.

Absolutio ab excommunicatione in foro exteriori
in forma ecclesiae consueta.

Poenitente coram se genuflectente, Sacerdos dicit totum Psalmum 50.

Miserere mei Deus etc., cum Gloria Patri etc.

Deinde surgit et aperto capite dicit:

Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison. Pater noster etc.

V. Et ne nos inducas in tentationem.

R. Sed libera nos a malo.

V. Salvum fac servum tuum (ancillam tuam), Domine.

R. Deus meus, sperantem in te.

V. Nihil proficiat inimicus in eo (in ea).

R. Et filius iniquitatis non nocebit ei.

V. Esto ei, Domine, turris fortitudinis.

R. A facie inimici.

V. Domine, exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Deus, cui proprium est misereri semper et parcere: suscipe deprecationem nostram, ut hunc famulum tuum (hanc famulam tuam), quem (quam) excommunicationis sententia constringit, miseratio tuae pietatis clementer absolvat. Per Christum Dominum nostrum.

Mox sedet et cooperto capite dicit:

Dominus noster Jesus Christus te absolvat, et ego auctoritate ipsius et sanctissimi Domini nostri Papae N. (vel Reverendissimi Episcopi N. vel talis Superioris) mihi commissa, absolvo te a vinculo excommunicationis, in quam incurristi (vel: incurrisse declaratus es) propter tale factum (vel: causam etc.), et restituo te communioni et unitati fidelium et sanctis Sacramentis Ecclesiae — in nomine Patris †, et Filii, et Spiritus sancti.

Si res non fuerit adeo gravis, absolvere poterit, hoc modo dicens:

Dominus noster Jesus Christus te absolvat, et ego auctoritate ipsius et Sanctissimi Domini nostri Papae (si a Papa fuerit delegatus) vel: Reverendissimi Episcopi N., vel

talis Superioris) mihi concessa, absolvo te, etc., ut supra.

Eadem forma servanda est in absolute A catholicorum, qui ad veram Christi Ecclesiam redeunt. Proselytus, accepta instructione de doctrina scitu necessaria, die constituto profiteatur in ecclesia coram duobus testibus fidem catholicam secundum symbolum Tridentinum; quo facto Sacerdos forma modo prolata ab haeresi eum absolvat; deinde eodem vel sequenti die confessionem ejus suscipiat, si nil obstat, absolutionem a peccatis omnibus ei tribuat simulque in Missae sacrificio S. Eucharistiam ei administret.

In foro autem interiori, Confessarius habens facultatem absolvendi excommunicatum, absolvat juxta formam communem supra praescriptam in absolute Sacramentali.

Absolutio a suspensione vel ab interdicto

extra vel intra sacramentalem confessionem.

Si Sacerdoti haec facultas commissa sit, uti poterit hac formula:

Poenitens dicat: Confiteor Deo etc. Sacerdos:

Misereatur etc. Indulgentiam etc.

Auctoritate mihi ab N. tradita, ego absolvo te a vinculo suspensionis, (vel interdicti), quam (vel quod) propter tale factum (vel talem causam) incurristi (seu incurrisse declaratus es). In nomine Patris †, et Filii etc.

Casus Summo Pontifici reservati,
a quibus Confessarii neminem citra specialem facultatem absolvere praesument.

Absolvens citra specialem facultatem a casibus Papae aut Episcopo reservatis; commutans sine speciali licentia quinque vota reservata, videlicet perpetuae castitatis, ingressus in religionem et triplicis peregrinationis Romam, Compostellam et Hierosolymam; duellans, provocans et cooperans ad duellum; efringens cum spoliatione ecclesiam vel alium locum in ecclesia clausum; incendiarius malitiosus; interficiens aut percutiens clericum, si laesio sit atrox; religiosus habitum suum temere dimittens; simoniacus in beneficiis ecclesiasticis; violatio clausurae ad malum finem; haeresis externa formalis, licet occulta. — Absolvens complicem circa ea, quae sunt contra sextum praeceptum; false denuntians confessarium ut sollicitantem; liberi muratori; mercimonia super elemosynas missarum exercentes seu retinentes partem stipendii manualis. *Vid. Rituale Vrat.*

Vi facultatum quinquennialium a casibus Papae reservatis Rodss. Ordinarius absolvit, a quo facultas absolvendi a dictis casibus petenda.

Casus episcopales in Dioecesi Vratislaviensi reservati.

Excommunicati per sententiam particularem ab Episcopo vel ejus Vicario; clericus

si excommunicatus aut suspensus actum ordinis exercet; incendiarii dolosi et occulti et omnes ad incendium efficaciter cooperantes; incestuosi in primo gradu consanguinitatis lineae rectae, si actus est completus et sufficiens ad generationem; homicidium voluntarium committentes et omnes ad idem crimen efficaciter, seu physice, seu moraliter concurrentes; procurantes abortum foetus animati, effectu secuto, annexa excommunicatione.

III.

De Ss. Eucharist. Sacramento.

Ordo ministrandi sacram Communionem.

Sacerdos superpelliceo indutus ac desuper stola coloris officio illius diei convenientis, praecedente ministro, procedit ad altare manibus junctis, et accensis cereis, facta prius et postea genuflexione, extrahit pyxidem et illam super corporale depositam discooperit. Minister, genibus flexis, nomine populi ad cornu Epistolae facit confessionem generalem, dicens: Confiteor etc.

Tum Sacerdos iterum genuflectit, et manibus junctis ante pectus vertit se ad populum, et in cornu Evangelii dicit:

Misereatur vestri omnipotens Deus, et dimissis peccatis vestris perducatur vos ad vitam aeternam. *R. Amen.*

Indulgentiam, absolutionem † et remissio-

nem peccatorum vestrorum tribuat vobis omnipotens et misericors Dominus. *R. Amen.*

Deinde ad altare se convertit, genuflectit, manu sinistra pyxidem apprehendit, et duobus digitis, pollice et indice, Sacramentum accipit et elevat, conversusque ad populum in medio Altaris dicit clara voce:

Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi! *Mox subdit:*

Domine, non sum dignus, ut intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo, et sanabitur anima mea. *Quod iterum ac tertio repetit.*

Accedens ad communicandos incipit ab iis, qui sunt ad partem Epistolae, et unicuique porrigens Sacramentum et faciens cum eo signum Crucis super pyxidem, simul dicit:

Corpus Domini nostri Jesu Christi custodiat animam tuam in vitam aeternam. Amen.

Ubi vero omnes communicaverint, Sacerdos rever- sus ad Altare dicere poterit:

O sacrum convivium, in quo Christus sumitur, recolitur memoria passionis ejus, mens impletur gratia, et futurae gloriae nobis pignus datur.

V. Panem de coelo praestitisti eis.

R. Omne delectamentum in se habentem.

Mox Sacerdos dicit:

V. Domine, exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Deus, qui nobis sub Sacramento mirabili passionis tuae memoriam reliquisti: tribue, quaesumus, ita nos Corporis et Sanguinis tui sacra mysteria venerari, ut redemptionis tuae fructum in nobis jugiter sentiamus. Qui vivis et regnas cum Deo etc.

Tempore paschali dicitur oratio:

Spiritum nobis, Domine, tuae charitatis infunde, ut quos Sacramentis paschalibus satiasti, tua facias pietate concordēs. Per Christum Dominum nostrum. **R. Amen.**

Antequam reponat Sacramentum, diligenter advertat, ut, si aliquod fragmentum digitis adhaeserit, illud in pyxidem deponat et eosdem digitos, quibus tetigit Sacramentum, abluat et abstergat purificatorio. — Postea genuflectens reponit Sacramentum in tabernaculo et clave obserat. — Deinde extensa manu dextera benedicit iis, qui communicarunt, dicens:

Benedictio Dei omnipotentis, Patris †, et Filii, et Spiritus sancti, descendat super vos et maneat semper.

R. Amen.

Communio autem populi intra Missam statim post communionem Sacerdotis celebrantis fieri debet, nisi quandoque ex rationabili causa post Missam sit facienda. Itaque Sacerdos, sumpto sacratissimo Sanguine, antequam se purificet, ponat particulas consecratas in pyxide, vel si pauci sint communicandi, super patenam, nisi in principio positae fue-

rint in pyxide, et genuflectat, ministro interim faciente confessionem, ut supra. Postea vertens se ad populum in cornu Evangelii dicit: Misereatur vestri etc. et eo, quo supra dictum est, modo porrigit communicandis Eucharistiam. Finita communiōe revertitur ad Altare, nihil dicens, et non dat iis benedictionem, quia illam dabit in fine Missae. Deinde dicit secreto: Quid ore sumpsimus etc., ut in Missali, se purificat et Missam absolvit.

De Communionē Infirmorum.

Ingrediens Sacerdos locum, ubi jacet infirmus, dicat:

Pax huic domui. R. Et omnibus habitantibus in ea.

Tum depositum Sacramentum super mensa, supposito corporali, genuflexus adorat, omnibus in genua procumbentibus, et mox accepta Aqua benedicta aspergit infirmum et cubiculum, dicens Antiphonam:

Asperges me, Domine, hyssopo et munda-
bor; lavabis me, et super nivem dealabor.
Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam. Gloria Patri etc. Sicut erat etc.

Deinde repetitur Antiphona: Asperges me etc.

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit coelum et terram.

V. Domine, exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Exaudi nos, Domine, sancte Pater, omnipotens aeternæ Deus, et mittere digneris sanctum Angelum tuum de coelis, qui custodiat, foveat, protegat, visitet atque defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per Christum Dominum nostrum. *R. Amen.*

His dictis accedat ad infirmum, ut cognoscat, num sit bene dispositus ad suscipiendum sacrum viaticum, et utrum velit peccata sua confiteri, et illum audiat atque absolvat, quamvis prius deberet esse rite confessus, nisi necessitas aliter urgeat. — Postea facta de more confessione generali, Sacerdos dicit:

Misereatur tui etc. Indulgentiam, absolutionem etc.

Deinde facta genuflexione accipit Sacramentum de vasculo, atque illud elevans ostendit infirmo, dicens:

Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi: et more solito ter dicat: Domine, non sum dignus, ut intres sub tectum meum; sed tantum dic verbo, et sanabitur anima mea.

Tum Sacerdos dans infirmo Eucharistiam, dicat:

Accipe, frater (soror), viaticum Corporis Domini nostri Jesu Christi, qui te custodiat ab hoste maligno et perducatur in vitam aeternam. Amen.

Si vero Communio non datur per modum Viatici, dicat more ordinario:

Corpus Domini nostri Jesu Christi custodiat etc.

Quod si mors immineat, tunc dicto Misereatur etc. praedictis precibus omnibus, vel ex parte omissis, ei statim Viaticum praebeatur. — Postea Sacerdos abluat digitos, nihil dicens. Deinde dicat.

V. Dominus vobiscum. *R. Et cum spiritu tuo.*

Oremus.

Domine sancte, Pater omnipotens, aeternæ Deus, te fideliter deprecamur, ut accipienti fratri nostro (sorori nostrae) Sacrosanctum Corpus Domini nostri, Jesu Christi, Filii tui, tam corpori, quam animae prosit ad remedium sempiternum. Qui tecum vivit et regnat etc.

Hic expletis, si altera particula Sacramenti super fuerit, genuflectit, surgit et accipiens vas cum Sacramento facit cum eo signum Crucis super infirmum, et reverenter illud deferens, ordine, quo venerat, revertitur ad Ecclesiam, dicendo Psalmum: „Laudate Dominum de coelis“ et alios Psalmos et hymnos, prout tempus feret. — Cum pervenerit ad Ecclesiam, ponit Sacramentum super Altare, adoratur, deinde dicit:

V. Panem de caelo praestitisti eis.

R. Omne delectamentum in se habentem.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Deus, qui nobis sub Sacramento mirabili

passionis tuae memoriam reliquisti: tribue, quaesumus, ita nos Corporis et Sanguinis tui sacra mysteria venerari, ut redemptionis tuae fructum in nobis jugiter sentiamus. Qui vivis et regnas cum Deo etc.

Postea cum Sacramento in pyxide velo cooperta faciat signum Crucis super populum, nihil dicens. Postremo illud in loco suo reponat. Quodsi ob difficultatem aut longitudinem itineris, vel quia ea, qua decet, veneratione Sacramentum ad Ecclesiam commode reportari non potest, sumpta fuerit una tantum particula consecrata, tunc ea infirmo administrata, Sacerdos, praedictis precibus recitatis, eum manu benedicit, et privato habitu, extinctis luminibus, umbella demissa, latente pyxide ad Ecclesiam, vel domum suam revertatur.

De Communione Infirmorum.

(Germanice.)

Ingrediens locum, ubi jacet infirmus, dicat Sacerdos:

V. Friede diesem Hause!

R. Und allen darin Wohnenden!

Deposito Sacramento, Aqua benedicta aspergit infirmum et cubiculum, dicens:

Besprenge mich mit Iosop, Herr, und ich werde rein; Wasche mich, und weißer werde ich als der Schnee.

Erbarme Dich meiner, o Gott, nach Deiner Allbarmerzigkeit: und nach der Menge Deiner Erbarmnisse tilge meine Missethat.

Ehre sey dem Vater, und dem Sohne, und dem heiligen

Geiste: wie sie war im Anfange, jetzt und allezeit und von Ewigkeit zu Ewigkeit.

Besprenge mich mit Iosop, Herr, und ich werde rein; Wasche mich, und weißer werde ich als der Schnee.

Postea:

V. Unsere Hülfe im Namen des Herrn,

R. Der Himmel und Erde erschaffen hat.

V. Herr, erhöre mein Gebet!

R. Und mein Rufen komme zu Dir.

V. Der Herr sey mit Euch.

R. Und mit deinem Geiste.

Lasset uns beten!

Erhöre uns, Herr, allmächtiger Vater, ewiger Gott, und sende gnädig vom Himmel herab Deinen heiligen Engel, daß er alle Bewohner dieses Hauses bewache, pflege, schirme, bewahre und verteidige. — Durch Christum unsern Herrn. *R.* Amen.

Confessione infirmi audita et isto: „Confiteor Deo omnipotenti“ dicto, pergit Sacerdos:

Es erbarme sich deiner der allmächtige Gott; und nach Vergebung deiner Sünden führe Er dich zum ewigen Leben.

R. Amen.

Vergebung, Losprechung und Nachlassung † aller deiner Sünden ertheile dir der allmächtige und allbarmerzige Gott!

R. Amen.

Sacramentum elevatum ostendit infirmo, dicens:

Siehe das Lamm Gottes, das da hinwegnimmt die Sünden der Welt!

Herr, ich bin nicht würdig, daß du eingehest unter mein Dach; sondern sprich nur ein Wort, und meine Seele wird gesund.

More solito ter repetatur.

Tum Eucharistiam porrigens, dicat:

Der Leib unsers Herrn Jesu Christi bewahre deine Seele zum ewigen Leben!

Si vero Communio datur per modum viatici, dicat:

Empfange, Bruder (Schwester), zur Bezehrung den Leib unsers Herrn Jesu Christi, damit Er vor dem bösen Feinde dich beschütze und dich einführe zum ewigen Leben!

Digitis ablutis, oret:

V. Der Herr sey mit euch! *R.* Und mit deinem Geiste.

Lasset uns beten!

Herr, allmächtiger Vater, ewiger Gott, zu Dir stehen wir voll gläubigen Vertrauens, laß unserm Bruder (unserer Schwester) den Empfang des hochheiligen Leibes unsers Herrn Jesu Christi, Deines lieben Sohnes, sowohl am Leibe, als an der Seele zum ewigen Heile gereichen. Um dies bitten wir Dich durch denselben Christum, unsern Herrn, der mit Dir lebt und regiert von Ewigkeit zu Ewigkeit. *R.* Amen.

Postremo dat benedictionem:

Der Segen des allmächtigen und dreieinigen Gottes, des Vaters †, und des Sohnes, und des heiligen Geistes komme über uns herab und bleibe bei uns allezeit. *R.* Amen.

De Communione Infirmorum.

(Polonice.)

Ingrediens locum, ubi jacet infirmus, dicat:

S. Pokój temu domowi.

R. I wszystkim w nim mieszkającym.

Deposito Sacramento, Aqua benedicta aspergit et infirmum et cubiculum, dicens:

Pokropisz mię Panie hysopem, a będę oczyszczony: omyjesz mię, a będę nad śnieg wybielony.

Zmiłuj się nademną, Boże, według wielkiego miłosierdzia Twego: a według mnóstwa litosci Twoich zgładź nieprawość moję.

Chwała Ojcu i Synowi i Duchowi świętemu: jak była na początku, i teraz i zawsze i na wieki wieków.

Pokropisz mię Panie hysopem, a będę oczyszczony: omyjesz mię, a będę nad śnieg wybielony.

Postea:

S. Wspomożenie nasze w imieniu Pańskim.

R. Który stworzył niebo i ziemię.

S. Panie wysłuchaj modlitwę moję.

R. A wołanie moje niech do Ciebie przyjdzie.

S. Pan z wami.

R. I z duchem twoim.

Módlmy się.

Wysłuchaj nas Panie święty, Ojczy wszechmogący wieczny Boże; a racz z nieba posłać świętego anioła Twego, któryby strzegł, zachował, pilnował, nawiedził i bronił wszystkich w tym domu mieszkających. Przez Chrystusa Pana naszego. Amen.

Confessione infirmi audita et isto „Confiteor Deo omnipotenti“ dicto, pergit Sacerdos:

Niech się zmiłuje nad tobą Bóg wszechmogący, a odpuściwszy grzechy twoje, niech cię doprowadzi do żywota wiecznego.

R. Amen.

Odpuszczenie rozgrzeszenie † i darowanie grzechów twoich niechaj ci udzielić raczy Pan wszechmogący i miłosierny. *R. Amen.*

Sacramentum elevatum ostendit infirmo, dicens:

Oto Baranek Boży, oto który gładzi grzechy świata.

Panie, nie jestem godzien, abyś wszedł do przybytku serca mego: ale tylko rzeknij słowem, a będzie zbawiona dusza moja.

More solito bis repetatur.

Tum Eucharistiam porrigens dicat:

Ciało Pana naszego Jezusa Chrystusa niechaj strzeże duszy twojej do żywota wiecznego.

R. Amen.

Si vero Communio datur per modum Viatici, dicat:

Przyjmij bracie (siostró) na podróż zasilek ciała Pana naszego Jezusa Chrystusa, który niechaj cię strzeże od nieprzyjaciela złośliwego, i zaprowadzi do żywota wiecznego. *Amen.*

Digitis ablutis orat:

S. Pan z wami.

R. I z duchem twoim.

Panie święty, Ojczewszchemogący, wieczny Boże, Ciebie serdecznie prosimy: aby przyjmującemu bratu naszemu (przyjmującej siostrze naszej) przenajświętsze Ciało Pana naszego Jezusa Chrystusa, Syna Twego, tak dla ciała jak dla duszy posłużyło za środek ku wiecznemu zbawieniu: który z Tobą żyje i króluje w jedności Ducha świętego, Bóg, na wieki wieków. *R. Amen. Postremo dat benedictionem:*

Błogosławieństwo Boga wszechmogącego, w Trójcy świętej jedynego, Ojca i Syna † i Ducha świętego niechaj zstąpi na was i zawsze będzie z wami. *R. Amen.*

IV.

De Sacram. extr. Unctionis.

Extremae Unctionis Sacramentum, a Christo Domino institutum tanquam coelestis medicina non animae solum, sed etiam corpori salutaris, omni studio ac diligentia periculose aegrotantibus adhibendum est, et eo quidem tempore, si fieri possit, cum illis adhuc integra mens et ratio viget, ut ad uberiorem Sacramenti gratiam percipiendam ipsi etiam suam fidem ac piam animi voluntatem conferre possint, dum sacro liniuntur oleo.

In quo illud imprimis ex generali Ecclesiae consuetudine observandum est, ut, si tempus et infirmi conditio permittat, ante extremam Unctionem Poenitentiae et Eucharistiae Sacramenta praebeantur.

Debet autem hoc Sacramentum infirmis praebere,

qui, cum ad usum rationis pervenerint, tam graviter laborant, ut mortis periculum imminere videatur, et iis, qui prae senio deficiunt et in diem videntur morituri, etiam sine alia infirmitate.

Sacrum Oleum infirmorum in vase argenteo seu staneo diligenter servetur; ad evitandum effusionis periculum ad infirmos defertur in bombacio.

Ordo ministrandi Sacrament. extr. Uctionis.

Cum perventum fuerit ad locum, ubi jacet infirmus, Sacerdos intrans cubiculum dicit:

V. Pax huic domui.

R. Et omnibus habitantibus in ea.

Deinde posito Oleo super mensam, superpelliceo stolaque violacea indutus, aegroto Crucem pie deosculandam porrigit, mox in modum Crucis eum aqua benedicta et cubiculum et circumstantes aspergit, dicens Antiphonam: Asperges me, Domine etc. Si autem Sacramentum Uctionis statim post acceptam S. Communionem ministratur infirmo, ista omittuntur. — Quodsi aegrotus voluerit confiteri, audiat illum et absolvat. Deinde piis verbis illum consoletur, et de hujus Sacramenti vi atque efficacia, si tempus ferat, breviter admoneat, et quantum opus sit, ejus animum confirmet et in spem erigat vitae aeternae. Postea dicat:

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit coelum et terram.

V. Domine nus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Introeat, Domine Jesu Christe, domum

hanc sub nostrae humilitatis ingressu aeterna felicitas, divina prosperitas, serena laetitia, charitas fructuosa, sanitas sempiterna: effugiat ex hoc loco accessus daemonum; adsint Angeli pacis, domumque hanc deserat omnis maligna discordia. — Magnifica, Domine, super nos nomen sanctum tuum et benedicet nostrae conversationi: sanctifica nostrae humilitatis ingressum, qui sanctus et pius es et permanens cum Patre et Spiritu S. in saecula saeculorum. Amen.

Oremus et deprecamur Dominum nostrum Jesum Christum, ut benedicendo benedicat hoc tabernaculum et omnes habitantes in eo, et det eis Angelum bonum custodem, et faciat eos sibi servire ad considerandum mirabilia de lege sua; avertat ab eis omnes contrarias potestates: eripiat eos ab omni formidine et ab omni perturbatione, ac sanos in hoc tabernaculo custodire dignetur. Qui cum Patre et Spiritu S. vivit et regnat Deus in saecula saeculorum. Amen.

Oremus.

Exaudi nos, Domine sancte, Pater omnipotens, aeternae Deus: et mittere digneris S. Angelum tuum de coelis, qui custodiat, foveat, protegat, visitet atque defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Quae orationes, si tempus non patiatur, ex parte, vel in totum poterunt omitti. — Tum de more facta confessione generali, latino vel vulgari sermone, Sacerdos dicat:

Misereatur tui, etc. — Indulgentiam, absolutionem, etc.

Antequam Sacerdos incipiat ungere infirmum, moneat adstantes, ut pro illo orent, et ubi commodum fuerit pro loco et tempore et adstantium numero vel qualitate, recitent septem Psalmos poenitentiales cum Litanis, vel alias preces, dum ipse unctionis Sacramentum administrat. Mox dicat:

In nomine Patris †, et Filii †, et Spiritus S. †, extingatur in te omnis virtus diaboli per impositionem manuum nostrarum et per invocationem Sanctorum Angelorum, Archangelorum, Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Virginum atque omnium simul Sanctorum. Amen.

Deinde intincto pollice in Oleo sancto, in modum Crucis ungit infirmum.

Ad oculos.

Per istam sanctam Uctionem †, et suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Dominus, quidquid per visum deliquisti. Amen.

Post quamlibet unctionem tergat loca inuncta novo globulo bombacii.

Ad aures.

Per istam sanctam Uctionem † et suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Do-

minus, quidquid per auditum deliquisti. Amen.

Ad nares.

Per istam sanctam Uctionem † et suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Dominus, quidquid per odoratum deliquisti. Amen.

Ad os, compressis labiis.

Per istam sanctam Uctionem † et suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Dominus, quidquid per gustum et locutionem deliquisti. Amen.

Ad manus.

Per istam sanctam Uctionem † et suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Dominus, quidquid per tactum deliquisti. Amen.

Et adverte, quod Sacerdotibus manus non inunguntur interius, sed exterius.

Ad pedes.

Per istam sanctam Uctionem † et suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Dominus, quidquid per gressum deliquisti.

Quibus omnibus peractis, Sacerdos medulla panis vel sale abstergit digitos, manusque aqua abluit; dein stans versus aegrotum dicit:

V. Kyrie eleison.

R. Christe eleison. Kyrie eleison.

Pater noster etc.

V. Et ne nos inducas in tentationem.

R. Sed libera nos a malo.

V. Salvum fac servum tuum.

R. Deus meus, sperantem in te,

V. Mitte ei, Domine, auxilium de sancto.

R. Et de Sion tuere eum.

V. Esto ei, Domine, turris fortitudinis.

R. A facie inimici.

V. Nihil proficiat inimicus in eo.

R. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.

V. Domine, exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Domine Deus, qui per Apostolum tuum Jacobum locutus es: „Infirmatur quis in vobis, inducat Presbyteros Ecclesiae, et orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini; et oratio fidei salvabit infirmum, et alleviabit eum Dominus, et si in peccatis sit, remittentur ei:“ cura, quaesumus, Redemptor noster, gratia sancti Spiritus languores istius infirmi, ejusque sana vulnera, et dimitte peccata, atque dolores cunctos mentis et corporis ab eo expelle, plenamque interius et exterius sanitatem misericorditer redde, ut ope misericordiae tuae restitutus, ad pristina repare-

tur officia. Qui cum Patre et Spiritu sancto vivis et regnas Deus in saecula saeculorum.

R. Amen.

Oremus.

Respice, quaesumus, Domine, famulum tuum *N.* in infirmitate sui corporis fatiscentem, et animam refove, quam creasti: ut castigationibus emendatus, se tua sentiat medicina salvatum. Per Christum Dominum nostrum. *R.* Amen.

Oremus.

Domine sancte, Pater omnipotens, aeternae Deus, qui benedictionis tuae gratiam aegris infundendo corporibus facturam tuam multiplici pietate custodis: ad invocationem tui nominis benignus assiste, ut famulum tuum ab aegritudine liberatum, et sanitate donatum dextera tua erigas, virtute confirmes, potestate tuearis, atque Ecclesiae tuae sanctae cum omni desiderata prosperitate restituas. Per Christum Dominum nostrum. *R.* Amen.

Ad extremum pro personae qualitate salutaria monita breviter praebere poterit, quibus infirmus ad moriendum in Domino confirmetur.

Denique Aquam benedictam et Crucem, nisi aliam habeat, coram eo relinquet, ut illam frequenter aspiciat, et pro sua devotione osculetur et amplectatur.

Admoneat etiam domesticos et ministros infirmi, ut, si morbus ingravescat, vel infirmus incipiat ago-

nizare, statim ipsum Sacerdotem accersant, ut morientem adjuvet ejusque animam Deo commendet: sed si mors immineat, priusquam discedat Sacerdos, animam Deo rite commendabit.

Benedictio Apostolica in articulo mortis

a Sacerdotibus ad id delegatis impertienda.

Si aegrotus voluerit confiteri audiat illum et absolvat Sacerdos; quodsi aegrotans tantae sit infirmitatis, ut jam morti proximus vix loqui possit, excitet illum ad actum contritionis, ad devotam nominis Jesu ore vel corde invocationem; hortetur ut morbi incommoda et dolores in anteactae vitae expiationem libenter perferat, commendans leniter subjectionem perfectam erga voluntatem divinam. Tum piis ipsum verbis consoletur in spem erigens, fore ut ex divinae munificentiae largitate poenarum remissionem et vitam sit secuturus aeternam. — Tunc tribuat eidem absolutionem generalem sequenti modo:

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit coelum et terram.

Antiph. Ne reminiscaris, Domine, delicta famuli tui (ancillae tuae), neque vindictam sumas de peccatis ejus.

V. Kyrie eleison.

R. Christe eleison. Kyrie eleison.

Pater noster etc.

V. Et ne nos inducas in tentationem.

R. Sed libera nos a malo.

V. Solum fac servum tuum N. (ancillam tuam N.)

R. Deus meus, sperantem in te.

V. Domine, exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Clementissime Deus, Pater misericordiarum et totius consolationis, qui neminem vis perire in te credentem atque sperantem, secundum multitudinem miserationum tuarum repice propitius famulum tuum N. (ancillam tuam N.), quem (quam) tibi vera fides et spes christiana commendant. Visita eum (eam) in salutari tuo, et per Unigeniti tui passionem et mortem omnium ei delictorum suorum remissionem et veniam clementer indulge, ut ejus anima in hora exitus sui te judicem propitiatum inveniat, et sanguine ejusdem Filii tui ab omni macula abluta transire ad vitam mereatur perpetuam. Per eundem Christum Dominum nostrum. *R. Amen.*

Tum dicto a ministro: Confiteor etc., Sacerdos dicat: Misereatur etc. — Indulgentiam absolutionem etc. Deinde:

Dominus noster Jesus Christus, Filius Dei vivi, qui B. Petro Apostolo suo dedit potestatem ligandi atque solvendi, per suam piissimam misericordiam recipiat confessionem tuam, et restituat tibi stolam primam, quam

in baptisate recepisti; et ego facultate mihi ab Apostolica Sede tributa indulgentiam plenariam et remissionem omnium peccatorum tibi concedo. In nomine Patris †, etc. etc.

Per sacrosancta humanæ reparationis mysteria remittat tibi omnipotens Deus omnes præsentis et futuræ vitæ poenas, Paradisi portas aperiat et ad gaudia sempiterna perducatur. Amen.

Benedicat te omnipotens Deus, Pater †, et Filius †, et Spiritus sanctus †. Amen.

Si vero infirmus sit adeo morti proximus, ut neque Confessionis generalis faciendæ, neque præmissarum precum recitandarum tempus suppetat, statim Sacerdos benedictionem ei impertiatur incipiendo a verbis: Ego facultate mihi etc.

In Expiratione.

Cum vero tempus expirandi institerit, tunc maxime ab omnibus circumstantibus flexis genibus vehementer orationi instandum est. Sacerdos pro moribundo clara voce pronuntiet: Jesu — Jesu — Jesu! Quod, sicut ea, quæ sequuntur, ad illius aures, si videbitur, etiam sæpius repetat.

In manus tuas, Domine, commendo spiritum meum. — Domine Jesu Christe, suscipe spiritum meum. — Sancta Maria, ora pro me. — Maria, Mater gratiæ, — Mater misericordiæ, — dulcis Parens clementiæ,

ab hoste tu me protege et hora mortis suscipe.

Tunc, ubi viget pia consuetudo, pulsetur campana parochialis ecclesiæ ad significandum fidelibus instantem mortem expirantis aegroti, ut pro eo Deum rogare possint.

Egressa de corpore anima, statim dicatur:

R. Subvenite Sancti Dei, occurrite Angeli Domini, suscipientes animam ejus, offerentes eam in conspectu Altissimi.

V. Suscipiat te Christus, qui vocavit te, et in sinum Abrahe Angeli deducant te.

R. Suscipientes animam ejus. Offerentes eam in conspectu Altissimi.

V. Requiem æternam dona ei, Domine.

R. Et lux perpetua luceat ei. — Offerentes eam in conspectu Altissimi.

V. Kyrie eleison.

R. Christe eleison. Kyrie eleison.

Pater noster etc.

V. Et ne nos inducas in tentationem.

R. Sed libera nos a malo.

V. Requiem æternam dona ei, Domine.

R. Et lux perpetua luceat ei.

V. A porta inferi.

R. Erue, Domine, animam ejus.

V. Requiescat in pace.

R. Amen.

V. Domine, exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Tibi, Domine, commendamus animam famuli tui (ancillae tuae) *N.*, ut defunctus (a) saeculo tibi vivat, et quae per fragilitatem humanae conversationis peccata commisit, tu venia misericordissimae pietatis absterge. Per Christum Dominum nostrum.

R. Amen.

Deinde Sacerdos Aqua benedicta funus aspergit dicens: Rore coelesti perfundat animam tuam Deus † Pater, et Filius †, et Spiritus † sanctus. Amen.

Ordo ministrandi Sacram. extremae Uctionis.

(Germanice.)

Cum perventum fuerit ad locum, ubi jacet infirmus, Sacerdos intrans cubiculum dicit:

V. Friede diesem Hause.

R. Und allen darin Bohnenden.

Deinde posito Oleo super mensam, superpelliceo stolaque violacea indutus, aegroti Crucem pie deosculandam porrigit, mox in modum Crucis eum aqua benedicta et cubiculum et circumstantes aspergit, dicens Antiphonam:

Besprenge mich mit Iosop, Herr, und ich werde rein.

Wasche mich, und weißer werde ich als der Schnee.

Erbarme Dich meiner, o Gott, nach Deiner großen Barmherzigkeit: und nach der Menge Deiner Erbarmnisse tilge meine Missethat.

Die Ehre sey dem Vater und dem Sohne und dem heil. Geiste: wie sie war im Anfange, jetzt und immer und zu ewigen Zeiten. Amen.

Besprenge mich mit Iosop, Herr, und ich werde rein:

Wasche mich, und weißer werde ich als der Schnee.

Quodsi aegrotus voluerit confiteri, audiat illum et absolvat. Deinde piis verbis illum consoletur, et de hujus Sacramenti vi atque efficacia, si tempus ferat, breviter admoneat, et quantum opus sit, ejus animum confirmet et in spem erigat vitae aeternae. Postea dicat versiculum:

V. Unsere Hülfe im Namen des Herrn.

R. Der Himmel und Erde erschaffen hat.

V. Der Herr sey mit euch.

R. Und mit deinem Geiste.

Lasset uns beten.

Es schreite herein, Herr Jesu Christe, in dieses Haus, bei unserm demüthigen Eintritte, die ewige Glückseligkeit, der göttliche Segen, die ungetrübte Freude, die fruchtbringende Liebe, die dauernde Gesundheit: es weiche von diesem Orte jeder dämonische Andrang; die Engel des Friedens mögen sich nahen, und jede unheilvolle Zwietracht verlasse dieses Haus.

Verherrliche, o Herr, über uns Deinen heiligen Namen, und verleihe Deinen Segen durch diesen unsern Besuch; heilige unsern demüthigen Eintritt, der Du heilig bist und gut, und mit dem Vater und dem heil. Geiste bleibest von Ewigkeit zu Ewigkeit. Amen.

Lasset uns beten und unsern Herrn Jesum Christum bitten, daß er segnend † segne diese Wohnung und alle die darin sind, und daß er ihnen gebe seinen guten Engel, und ihnen verleihe, ihm zu dienen bei Betrachtung der Wunder seines Befehes; möge er abhalten von ihnen alle feindlichen Gewalten, möge er sie befreien von aller Furcht

und von aller Bestürzung, und möge er sie gesund erhalten in diesem Wohngemach. — Er, der mit dem Vater und dem heil. Geiste lebt und regiert, wahrer Gott von Ewigkeit zu Ewigkeit. Amen.

Erhöre uns, Herr, heiliger Vater, allmächtiger, ewiger Gott, und sende gnädig Deinen heiligen Engel vom Himmel, daß er behüte, erhalte, schirme, heimsuche und beschütze alle an diesem Orte Wohnenden. — Durch Christum, unsern Herrn. Amen.

Quae orationes, si tempus non patiat, ex parte vel in totum poterunt omitti. Tum fiat confessio generalis:

Ich bekenne, Gott, dem Allmächtigen, der seligsten Jungfrau Maria, dem heil. Erzengel Michael, dem heil. Johannes dem Täufer, den heil. Aposteln Petrus und Paulus, allen Heiligen und Dir, Vater, daß ich viel gesündigt habe mit Gedanken, Worten und Werken durch meine Schuld, durch meine Schuld, durch meine sehr große Schuld. Darum flehe ich zur seligsten Jungfrau Maria, zum heil. Erzengel Michael, zum heil. Johannes dem Täufer, zu den heil. Aposteln Petrus und Paulus, zu allen Heiligen und zu Dir, Vater, daß ihr für mich bei dem Herrn, unserm Gott, bittet.

Tunc Sacerdos dicit:

Es erbarme sich deiner der allmächtige Gott, er vergebe dir deine Sünden und führe dich zum ewigen Leben.

R. Amen.

Vergebung, Losprechung und Nachlassung † all deiner Sünden ertheile dir der allmächtige und allbarmherzige Gott. *R. Amen.*

Antequam Sacerdos incipiat ungere infirmum, moneat adstantes, ut pro illo orent, et, ubi commodum fuerit, recitent septem Psalmos poenitentiales cum Litanis vel alias preces, dum ipse Unctionis

Sacramentum administrat; mox ad aegroti lectum accedens et capiti manus imponens, dicat:

Im Namen des Vaters †, und des Sohnes †, und des heil. Geistes † erlöse in dir alle Gewalt des bösen Feindes durch die Auflegung unserer Hände und durch die Anrufung aller heil. Engel, Erzengel, Patriarchen, Propheten, Apostel, Martyrer, Bekenner, Jungfrauen und aller Heiligen insgesammt. Amen.

Deinde intincto pollice in Oleo sacro in modum Crucis inungit infirmum in partibus his subscriptis, dicens:

Ad oculus.

Durch diese heilige Salbung † und seine liebevollste Barmherzigkeit verzeihe dir der Herr Alles, was du durch das Gesicht gesündigt hast. Amen.

Sacerdos post quamlibet unctionem tergat loca inuncta novo globulo bombacii vel rei similis, eosque in vase mundo reponat et denique comburi jubeat.

Ad aures.

Durch diese heil. Salbung † und seine liebevollste Barmherzigkeit verzeihe dir der Herr Alles, was du durch das Gehör gesündigt hast. Amen.

Ad nares.

Durch diese heil. Salbung † und seine liebevollste Barmherzigkeit verzeihe dir der Herr Alles, was du durch den Geruch gesündigt hast. Amen.

Ad os, compressis labiis.

Durch diese heil. Salbung † und seine liebevollste Barmherzigkeit verzeihe dir der Herr Alles, was du durch den Gaumen und die Sprache gesündigt hast. Amen.

Ad manus.

Durch diese heil. Salbung † und seine liebevollste

Barmherzigkeit verzeihe dir der Herr Alles, was du durch das Gefühl gesündigt hast. Amen.

Et adverte, quod Sacerdotibus manus non inunguntur interius, sed exterius.

Ad pedes.

Durch diese heil. Salbung † und seine liebevollste Barmherzigkeit verzeihe dir der Herr Alles, was du durch deine Schritte gesündigt hast. Amen.

Quibus omnibus peractis Sacerdos dicit:

V. Herr, erbarme Dich unser!

R. Christus, erbarme Dich unser! Herr, erbarme Dich unser!

Vater unser 1c.

V. Und führe uns nicht in Versuchung.

R. Sondern erlöse uns von dem Uebel.

V. Heile Deinen Diener (Deine Dienerin).

R. Mein Gott, der (die) auf Dich hofft.

V. Sende Hülfe ihm (ihr), o Herr, von Deinem Heiligthume.

R. Und von Sion aus beschütze ihn (sie).

V. Sei ihm (ihr), o Herr, ein Thurm der Stärke.

R. Vor dem Angesicht des Feindes.

V. Laß den Feind wider ihn (sie) nichts vermögen.

R. Und der Sohn der Bosheit schade ihm (ihr) nicht.

V. O Herr, erhöhe mein Gebet!

R. Und laß mein Klagen zu Dir kommen.

V. Der Herr sey mit euch!

R. Und mit deinem Geiste.

Lasset uns beten!

O Herr und Gott, der Du durch Deinen Apostel Jakobus gesprochen hast: „Erkrankt Jemand unter euch, so lasse er die Priester der Kirche zu sich kommen, daß sie über ihn beten und ihn salben mit Del im Namen des

Herrn. Das Gebet des Glaubens wird dem Kranken helfen, der Herr wird ihn aufrichten, und wenn er in Sünden ist, so werden sie ihm vergeben werden;“ lindere, wir bitten Dich als unsern Erlöser, durch die Gnade des heil. Geistes die Schwäche dieses Kranken, heile seine Wunden und vergieb ihm die Sünden, laß weichen von ihm alle Schmerzen der Seele und des Leibes, und verleihe gnädig von innen und von außen die Rückkehr vollkommener Genesung, damit er, mit Hülfe Deiner Erbarmungen hergestellt, zu seinen frühern Berufsgeschäften wieder zurückkehre, der Du mit dem Vater und dem heil. Geiste wahrer Gott lebest und regierest von Ewigkeit zu Ewigkeit. Amen.

Lasset uns beten!

Siehe gnädig herab, wir bitten Dich, o Herr, auf Deinen Diener (Deine Dienerin) *N.*, der (die) unter den Leiden des Körpers matt wird, und erquickte die Seele, welche Du erschaffen hast, damit er (sie) durch die Heimsuchung gebessert, es fühle, daß er (sie) durch Deine Hülfe gerettet worden sey durch Christum, unsern Herrn. *R.* Amen.

Lasset uns beten!

O Herr, heiliger Vater, allmächtiger, ewiger Gott, der Du durch die Ausgießung Deines Gnadensegens über franke Körper Dein Geschöpf mit vieler Güte beschütze: verleihe auf Anrufung Deines Namens huldvoll Deinen Beistand, so daß Du Deinen Diener (Deine Dienerin) nach aufgehobener Krankheit und wiedergeschentter Gesundheit durch Deine Rechte aufrichdest, in Jugendkraft befestigst, mit Macht beschirmest und Deiner heil. Kirche in erwünschtem Wohlsin zurückstellst, durch Christum, unsern Herrn. *R.* Amen.

Ad extremum pro personae qualitate salutaria monita breviter praebere poterit, quibus infirmus ad moriendum in Domino confirmetur et ad fugandas

daemonum tentationes roboretur. — Denique aquam benedictam et crucem, nisi aliam habeat, coram eo relinquet, ut illam frequenter adspiciat, et pro sua devotione osculetur et amplectatur. — Admoneat etiam domesticos et ministros infirmi, ut, si morbus ingravescat, vel infirmus incipiat agonizare, statim Sacerdotem accersant, ut morientem adjuvet ejusque animam Deo commendet: sed, si mors immineat, priusquam discedat Sacerdos, animam Deo rite commendabit.

Absolutio generalis.

V. Unsere Hülfe im Namen des Herrn.

R. Der Himmel und Erde erschaffen.

Antiph. Herr, gedenke nicht der Vergehungen Deines Dieners (Deiner Dienerin) und strafe ihn (sie) nicht wegen seiner (ihrer) Sünden.

V. Herr, erbarme Dich unser!

R. Christus, erbarme Dich unser! Herr, erbarme Dich unser!

Vater unser *rc.*

V. Und führe uns nicht in Versuchung.

R. Sondern erlöse uns von dem Uebel.

V. Segne, o Herr, Deinen Diener (Deine Dienerin).

R. Mein Gott, der (die) auf Dich hoffet.

V. O Herr, erhöre mein Gebet!

R. Und laß mein Rufen zu Dir kommen.

V. Der Herr sey mit euch!

R. Und mit deinem Geiste.

Lasset uns beten!

Allgütiger Gott, Vater der Barmherzigkeit und aller Tröstes, der Du nicht willst, daß Jemand, der an Dich

glaubt und auf Dich hofft, verloren gehe, o siehe nach der Fülle Deiner Erbarmungen gnädig auf Deinen Diener (Deine Dienerin), welchen (welche) wahrer Glaube und christliche Hoffnung Dir empfehlen. Komm zu ihm (ihr) mit Deinem Geiste, und durch das Leiden und Sterben Deines Eingebornen verleihe ihm (ihr) gnädig Verzeihung und Nachlassung aller seiner (ihrer) Sünden, daß seine (ihre) Seele in der Stunde des Hinscheidens an Dir einen barmherzigen Richter finde, und durch das Blut eben dieses Deines Sohnes von aller Befleckung gereinigt, würdig werde, zum ewigen Leben einzugehen durch denselben Christus, unsern Herrn. *R.* Amen.

Nunc sequitur confessio generalis ut supra pag. 57., qua recitata Sacerdos pergit:

Unser Herr Jesus Christus, der Sohn des lebendigen Gottes, der seinem heil. Apostel Petrus die Gewalt gegeben hat, zu binden und zu lösen, nehme dein Bekenntniß nach seiner unendlichen Erbarmung auf und gebe Dir jenes Gewand der Unschuld wieder, das du in der Taufe empfangen hast. Und ich, kraft der vom apostolischen Stuhle verliehenen Vollmacht, ertheile dir vollkommenen Ablass und Verzeihung aller Sünden, im Namen des Vaters, und des Sohnes †, und des heil. Geistes. *R.* Amen.

Durch das hochheilige Geheimniß der Erlösung erlasse dir der allmächtige Gott alle Strafen des gegenwärtigen und zukünftigen Lebens; er öffne dir die Pforte des Paradieses und führe dich zur ewigen Seligkeit.

Es segne dich der allmächtige Gott, der Vater, und der Sohn †, und der heil. Geist. *R.* Amen.

In Expiratione.

Cum vero tempus expirandi institerit, tunc maxime ab omnibus circumstantibus flexis genibus vehe-

menter orationi instandum est. Ipse vero moriens, si potest, dicat, vel, si non potest, assistens sive Sacerdos pro eo clara voce pronuntiet: Jesu, Jesu, Jesu! Quod sicut et quae sequuntur, ad illius aures, si videbitur, etiam saepius repetat:

In Deine Hände, o Herr, empfehle ich meinen Geist! Herr Jesu Christe, nimm meinen Geist auf! Heilige Maria, bitte für mich! — Maria, Mutter der Gnade, Mutter der Barmherzigkeit, schütze Du mich vor dem Feinde und nimm in der Stunde des Todes mich auf!

Tunc, ubi viget pia consuetudo, pulsetur campana parochialis ecclesiae significans fidelibus instantem mortem expirantis aegroti, ut pro eo Deum rogare possint. Egressa anima de corpore, statim dicatur:

R. Kommt zu Hülfe, ihr Heiligen Gottes, eilet herbei, ihr Engel des Herrn; nehmet auf seine (ihre) Seele, bringet sie vor den Thron des Allerhöchsten.

V. Es empfang dich Christus, der dich berufen hat; — und in den Schooß Abrahams mögen dich die Engel führen.

R. Die deine Seele aufnehmen und vor den Thron des Allerhöchsten bringen.

V. Herr, gib ihm (ihr) die ewige Ruhe.

R. Und das ewige Licht leuchte ihm (ihr).

V. Herr, erbarme Dich unser!

R. Christus, erbarme Dich unser! Herr, erbarme Dich unser!

Vater unser 2c.

V. Und führe uns nicht in Versuchung.

R. Sondern erlöse uns von dem Uebel.

V. Herr, verleihe ihm (ihr) die ewige Ruhe.

R. Und das ewige Licht leuchte ihm (ihr).

V. Von der Pforte der Hölle

R. Erlöse seine (ihre) Seele, o Herr!

V. Er (sie) ruhe im Frieden.

R. Amen.

V. Herr, erhöre mein Gebet.

R. Und laß mein Rufen zu Dir kommen.

V. Der Herr sey mit euch.

R. Und mit deinem Geiste.

Lasset uns beten!

Dir, o Herr, empfehlen wir die Seele Deines Dieners (Deiner Dienerin) N., damit sie, abgeschieden von dieser Welt, nur Dir lebe; die Sünden aber, welche sie bei der Gebrechlichkeit der menschlichen Natur begangen hat, nimm Du hinweg durch Deine Huld, Gnade und Barmherzigkeit, durch Christum, unsern Herrn. R. Amen.

Interim detur campana signum transitus defuncti pro loci consuetudine, ut audientes pro ejus anima Deum precentur. — Deinde corpus de more honeste compositum loco decenti cum lumine collocetur, ac parca crux super pectus inter manus defuncti ponatur, aut ubi crux desit, manus in modum crucis componantur: interdum aspergatur aqua benedicta, et interim, donec efferatur, qui adsunt, orabunt pro defuncto.

Ordo ministrandi Sacram. extremae Unctionis.

(Polonice.)

Cum perventum fuerit ad locum, ubi jacet infirmus, Sacerdos intrans cubiculum dicit:

V. Pokój temu domowi.

R. I wszystkim w nim mieszkającym.

Deinde posito Oleo super mensam, superpelliceo stolaque violacea indutus, aegroti crucem pie deos-

culandam porrigit, mox in modum crucis eum aqua benedicta et cubiculum et circumstantes aspergit, dicens Antiphonam:

Pokropisz mię Panie hysopem, a będę oczyszczony: omyjesz mię, a będę nad śnieg wybielony.

Zmiłuj się nademną, Boże, według wielkiego miłosierdzia Twego: a według mnóstwa litości Twoich, zgładź nieprawość moję.

Chwała Ojcu i Synowi i Duchowi świętemu: jako była na początku, teraz i zawsze i na wieki wieków. Amen.

Pokropisz mię Panie hysopem, a będę oczyszczony: omyjesz mię, a będę nad śnieg wybielony.

Quodsi aegrotus voluerit confiteri, audiat illum et absolvat. Deinde piis verbis illum consoletur et de hujus Sacramenti vi atque efficacia, si tempus ferat, breviter admoneat et, quantum opus sit, ejus animam confirmet et in spem erigat vitæ aeternæ. Postea dicat versiculum:

V. Wspomożenie nasze w imieniu Pańskim.

R. Który stworzył niebo i ziemię.

V. Pan z wami.

R. I z duchem twoim.

Módlmy się.

Panie Jezu Chryste, przy pokorném wstąpieniu naszym niechaj razem wnijdzie do tego domu wiekuista szczęśliwość, błogosławień-

stwo Boże, prawdziwa wesolość, obfita w owoce miłość i trwałe zdrowie: niechaj niemają do tego miejsca przystępu złe duchy, ale niech tu przybędą aniołowie pokoju, a wszelkie szkodliwe przeciwności niech ten dom opuszczą.

Uświetnij Panie nad nami, święte imię Twoje, i pobłogosław † odwiedzeniu naszemu: poświęć pokorne wejście nasze, który święty i dobrotliwy jesteś i zostajesz z Ojcem i Duchem świętym na wieki wieków. Amen.

Prośmy i błagajmy Pana naszego Jezusa Chrystusa: aby błogosławieństwem swoim pobłogosławił † ten dóm i wszystkich w nim mieszkających, i dał im dobrego anioła stróża, a sprawił, żeby mu służyli w rozmyślaniu cudów prawa jego: niech precz oddali od nich wszelkie przeciwe mocy: niech ich od wszystkiój trwoży i od wszystkiego zamieszania uwolni, a zdrowych w tém pomieszkaniu zachowa. Który z Ojcem i Duchem świętym żyje i króluje, Bóg, na wieki wieków. Amen.

Wysłuchaj nas, Panie święty, Ojcze wszechmogący wieczny Boże: a racz z nieba posłać świętego anioła Twego, któryby strzegł, zachował, pilnował, nawiedził i bronił wszystkich w tym domu mieszkających, Przez Chrystusa, Pana naszego. Amen.

Quæ orationes, si tempus non patiat, ex parte

vel in totum poterunt omitti. Tum fiat confessio generalis:

Spowiadam się Panu Bogu wszechmogącemu: błogosławionej Maryi, zawsze Pannie: błogosławionemu Michałowi, archaniołowi: błogosławionemu Janowi, chrzcicielowi: świętym apostołom Piotrowi i Pawłowi, wszystkim Świętym i tobie, ojcze, żem wiele zgrzeszył myślą, mową i uczynkiem: moja wina, moja wina, moja największa wina. Dlatego proszę błogosławioną Marya zawsze Pannę: błogosławionego Michała archanioła: błogosławionego chrzciciela: świętych apostołów Piotra i Pawła, wszystkich Świętych i ciebie, Ojcze, abyście się zamną modlili do Pana Boga naszego. Amen.

Tunc Sacerdos dicit:

Niech się zmiłuje nad tobą Bóg wszechmogący, a odpusciwszy grzechy twoje, niech cię doprowadzi do żywota wiecznego. *R.* Amen.

Odpuszczenie rozgrzeszenie i darowanie grzechów twoich niech ci udzielić raczy Pan wszechmogący i miłosierny. *R.* Amen.

Antequam Sacerdos incipiat ungere infirmum, moneat adstantes, ut pro illo orent et, ubi commodum fuerit, recitent septem Psalmos poenitentiales cum Litanis vel alias preces, dum ipse Unctionis Sacramentum administrat: mox ad aegroti lectum accedens et capiti manus imponens dicat:

W imię Ojca †, i Syna †, i Ducha świętego †, niech zgaśnie w tobie wszelka moc djabelska przez włożenie rąk naszych i wez-

wanie wszystkich świętych aniołów, archaniołów, patryarchów, proroków, apostołów, męczenników, wyznawców, panien i oraz wszystkich Świętych. Amen.

Deinde, intincto pollice in oleo sacro, in modum crucis inungit infirmum in partibus hic subscriptis, dicens:

Ad oculos:

Przez to święte namaszczenie †, i najdobrotliwsze miłosierdzie swoje niech ci odpusci Pan to wszystko, cokolwieś przez widzenie zgrzeszył. Amen.

Sacerdos post quamlibet unctionem tergat loca inuncta novo globulo bombacii.

Ad aures:

Quia ipse super maria fundavit eum: et super flumina praeparavit eum.

Quis ascendet in montem Domini: aut quis stabit in loco sancto ejus?

Innocens manibus et mundo corde: qui non accepit in vano animam suam, nec juravit in dolo proximo suo.

Hic accipiet benedictionem a Domino: et misericordiam a Deo salutari suo.

Haec est generatio quaerentium eum: quaerentium faciem Dei Jacob.

Attollite portas, principes, vestras, et elevamini portae aeternales: et introibit rex gloriae.

Quis est iste rex gloriae? Dominus fortis et potens, Dominus potens in proelio.

Attollite portas, principes, vestras, et elevamini portae aeternales: et introibit rex gloriae.

Quis est iste rex gloriae? Dominus virtutum ipse est rex gloriae.

Gloria Patri et Filio et Spiritui sancto:

Sicut erat in principio et nunc et semper et in saecula saeculorum. Amen.

Antiph. Haec accipiet benedictionem a Domino, et misericordiam a Deo salutari suo: quia haec est generatio quaerentium Dominum.

Deinde porrigens ad manum mulieris extremam partem stolae, eam introducit in ecclesiam, dicens:

Ingrederi in templum Dei, adora Filium Beatae Mariae Virginis, qui tibi foecunditatem tribuit prolis.

Et ipsa ingressa genuflectit coram Altari et orat, gratias agens Deo pro beneficiis sibi collatis; et Sacerdos dicit:

V. Kyrie eleison.
R. Christe eleison. Kyrie eleison.
Pater noster etc.

V. Et ne nos inducas in tentationem.

R. Sed libera nos a malo.

V. Salvam fac ancillam tuam, Domine.

R. Deus meus, sperantem in te.

V. Mitte ei, Domine, auxilium de sancto.

R. Et de Sion tuere eam.

V. Nihil proficiat inimicus in ea.

R. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.

V. Domine, exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Omnipotens, sempiternus Deus, qui per B. Mariae V. partum fidelium parientium dolores in gaudium vertisti: respice propitius super hanc famulam tuam, ad templum sanctum tuum pro gratiarum actione laetam accedentem, et praesta, ut post hanc vitam Christi meritis et ejusdem B. Mariae intercessione, ad aeternae beatitudinis gaudia cum prole sua pervenire mereatur. Per Christum Dominum nostrum. *R.* Amen.

Deinde illam aspergit aqua benedicta in modum Crucis, dicens:

Pax et benedictio Dei omnipotentis, Patris †, et Filii, et Spiritus sancti, descendat super te et maneat semper. *R.* Amen.

Benedictio mulieris post partum.

(Germanice).

Sacerdos superpelliceo et stola alba indutus, cum ministro aspergillum deferente ad fores ecclesiae accedat, ubi puerperam foris ad limina genuflectentem et candelam accensam in manu tenentem, aqua benedicta aspergat, deinde dicat:

Du bist, Geliebte in Christo, im Hause des Herrn in der Absicht erschienen, das zu thun, was einst Maria, die Gebenedeute unter den Weibern, that. „Als die Tage ihrer Reinigung vollendet waren, brachte sie das Kind nach Jerusalem in den Tempel, um es dem Herrn darzustellen, und dem Herrn das vorgeschriebene Opfer zu entrichten.“ So willst auch du dich (mit diesem Kinde) dem Herrn darstellen und seinem Dienste weihen, und ihm ein Lob- und Dankopfer darbringen. Ja, danke dem Herrn; denn er ist freundlich, und seine Güte währet ewiglich. Weihe dich nun mit neuem Eifer seinem heiligen Dienste, damit du einst (mit deinem Kinde) auch in seinen himmlischen Tempel eingehen und dort voll heiliger Freude ihn loben und preisen mögest! Auch wir wollen im Namen der Kirche und mit dir dem Herrn danken und ihn bitten, daß er das Opfer deiner Andacht gnädig ansehe.

V. Unsere Hülfe im Namen des Herrn.

R. Der Himmel und Erde erschaffen hat.

Si mulier simul cum infante in templo apparuerit, dicatur:

Antiph. Diese wird den Segen von dem Herrn empfangen, und Barmherzigkeit von Gott, ihrem Heilande: denn dies ist das Geschlecht derer, die den Herrn fürchten.

Psalm 99.

Jauchzet dem Herrn alle Welt, dienet dem Herrn mit Freuden: tretet mit Frohlocken vor sein Angesicht.

Wisset, daß der Herr — Gott ist; er hat uns gemacht, und nicht wir uns selbst: wir sind sein Volk und die Schäflein seiner Weide.

Geht zu seinen Thoren ein mit Dank, zu seinem Vorhof mit Lobgesang: dankt ihm und preiset seinen Namen.

Denn liebreich ist der Herr, ewig seine Erbarmung: und seine Wahrheit während für und für.

Die Ehre sey dem Vater und dem Sohne und dem heiligen Geiste: wie sie war im Anfange, jetzt und immer und zu ewigen Zeiten. Amen.

Antiph. Diese wird den Segen von dem Herrn empfangen, und Barmherzigkeit von Gott, ihrem Heilande: denn dies ist das Geschlecht derer, die den Herrn fürchten.

Deinde porrigenens ad manum mulieris extremam partem stolae, eam introducit in ecclesiam, dicens:

Gehe herein in den Tempel Gottes und bete den Sohn der seligsten Jungfrau Maria an, der dir Fruchtbarkeit des Leibes verliehen hat.

Et ipsa ingressa genuflectit coram altari et orat, gratias agens Deo pro beneficiis sibi collatis; et Sacerdos dicit:

V. Herr, erbarme Dich unser!

R. Christus, erbarme Dich unser! Herr, erbarme Dich unser!

Vater unser 1c.

V. Und führe uns nicht in Versuchung.

R. Sondern erlöse uns von dem Uebel.

V. Segne, o Herr, Deine Dienerin.

R. Mein Gott, die auf Dich hoffet.

V. Sende Hülfe ihr, o Herr, von Deinem Heiligtume.

R. Und von Sion aus beschütze sie.

V. Laß den Feind wider sie nichts vermögen.

R. Und der Sohn der Bosheit schade ihr nicht.

V. O Herr, erhöre mein Gebet!

R. Und laß mein Rufen zu Dir kommen.

V. Der Herr sey mit euch!

R. Und mit deinem Geiste.

Lasset uns beten!

Allmächtiger, ewiger Gott, der Du durch die Geburt der seligsten Jungfrau Maria die Schmerzen derer, die als Gläubige gebären, in Freude verwandelt hast, schaue gnädig auf diese Deine Dienerin, die mit ihrem Kinde in Deinem heiligen Tempel zur Dankfagung freudig erscheint. Stärke sie zur fortgesetzten Erfüllung ihrer Mutterpflichten; nimm ihr Kind in Deinen Schutz und gib Segen und Gedeihen zur Erziehung desselben. Verleihe, daß beide nach diesem Leben durch Christi Verdienste und der seligsten Jungfrau Maria Fürbitte zu den Freuden der ewigen Seligkeit gelangen mögen. Durch Christum unsern Herrn. R. Amen.

Deinde illam aspergit aqua benedicta in modum crucis, dicens:

Der Friede und der Segen Gottes, des allmächtigen Vaters †, und des Sohnes, und des heiligen Geistes, steige über dich herab und bleibe bei dir allezeit. R. Amen.

Si quidem infans vivit, minime autem a matre in ecclesiam apportatus est, tunc sequens Psalmus et Oratio recitetur, omnia autem reliqua eadem manent.

Post allocutionem Antiphona ut supra.

Psalm 33.

Preisen will ich alle Zeit den Herrn: sein Lob soll stets in meinem Munde seyn.

Meine Seele soll im Herrn sich rühmen: das mögen hören die Sanftmüthigen und sich freuen.

Preist mit mir des Herrn Größe: und laßt mitsammen uns erheben seinen Namen.

Als den Herrn ich suchte, hat er mich erhört: gerettet hat er mich aus allen meinen Trübsalen.

Tretet hin zu ihm, so werdet ihr erleuchtet: und euer Angesicht wird nicht zu Schanden.

Diese Bedrängte rief, der Herr hat sie erhört: geholfen hat er ihr aus allen ihren Nöthen.

Des Herrn Engel lagert sich im Kreise derer, die ihn fürchten, und rettet sie.

Verkostet und sehet, wie süß er ist, der Herr: Heil dem Menschen, der auf ihn vertraut. —

Die Ehre sey dem Vater und dem Sohne und dem heiligen Geiste: wie sie war im Anfange, jetzt und immer und zu ewigen Zeiten. Amen.

Antiphona et Versiculi ut supra. — Tunc pergit:

Lasset uns beten!

Allmächtiger, ewiger Gott, der Du durch die Geburt der seligsten Jungfrau Maria die Schmerzen derer, die als Gläubige gebären, in Freude verwandelt hast, schaue gnädig auf diese Deine Dienerin, die in Deinem heiligen Tempel zur Dankfagung freudig erscheint, und verleihe, daß sie nach diesem Leben durch Christi Verdienste und der seligsten Jungfrau Maria Fürbitte zu den Freuden der ewigen Seligkeit mit ihrem Kinde gelangen möge. Durch Christum unsern Herrn. R. Amen.

Benedictio ut supra.

Si infans jam mortuus fuerit, alius psalmus et alia oratio recitetur, omnia vero reliqua manent.

Allocutio et Antiphona ut supra.

Psalm 120.

Ich schau empor dort nach den Bergen: von wo mir Hülfe kommt.

Vom Herrn kommt die Hülfe mir: der den Himmel und die Erde schuf.

Er läßt nicht gleiten deinen Fuß: dein Hüter schlummert nicht.

Sieh, er schläft und schlummert nicht, der Hüter Israels.

Dein Hüter ist der Herr, er ist dein Schirm, zu deiner rechten Hand.

Des Tages schadet dir die Sonne nicht: der Mond dir nicht des Nachts.

Vor allem Uebel schützt dich der Herr: es schützt der Herr dir deine Seele.

Und deinen Eingang schützt er, wie den Ausgang von nun an bis in Ewigkeit.

Die Ehre sey dem Vater und dem Sohne und dem heiligen Geiste: wie sie war im Anfange, jetzt und immer und zu ewigen Zeiten. Amen.

Antiphona et Versiculi ut supra. — Tunc pergüt:

Lasset uns beten!

Allmächtiger, ewiger Gott, nach dem Beispiele der seligsten Jungfrau Maria kommt diese Deine Dienerin in Deinen heiligen Tempel, um Dir nach ihrer Niederkunft den schuldigen Dank darzubringen. Zwar kann sie nicht mit dem Kinde auf ihren mütterlichen Armen erscheinen; aber sie tröstet sich mit dem Gedanken: daß es hinging zu Dir, dem Vater der ewigen Liebe, und daß es nun frei ist von allen Gefahren der Sünde; sie tröstet sich auch mit der Hoffnung eines ewigen seligen Wiedersehens. Drum laß sie, o Gott, fromm und tugendhaft leben,

damit sie einst, wie ihr Kind, selig sterben und sich der ewigen Glückseligkeit erfreuen möge. Durch Christum, unsern Herrn. R. Amen.

Benedictio ut supra.

Benedictio mulieris post partum.

(Polonice.)

Przybyłaś, umiłowana w Chrystusie, do domu Bożego w celu dopełnienia tego, co niegdyś Marya, błogosławiona między niewiastami, uczyniła. „Gdy się wypełniły dni oczyszczenia jej, przyniosła dzieciątko do kościoła w Jeruzalem, aby je stawiała Panu i oddała Jemu nakazaną ofiarę.“ Również i ty się chcesz (z dzieciątkiem twojem) Panu stawić i służbie Jego poświęcić, a ofiarować mu ofiarę pochwalną i dziękczynną. O dziękujże Panu: boć słodki jest, a dobrotliwość Jego trwa na wieki. Poświęć się więc z nową żarliwością świętej służbie Jego, abyścież kiedykolwiek (z dzieciątkiem twojem) do niebieskiej świątynicy Jego wnijsć i tam go pełna świętej radości chwalić i uwielbiać mogła. I my teraz w imieniu kościoła z tobą Panu dzięki składać i błagać go będziemy, ażeby na ofiarę nabożeństwa twego miłościwie wejrzeć raczył.

V. Wspomożenie nasze w imieniu Pańskim.

R. Który stworzył niebo i ziemię.

Si mulier simul cum infante templum sit ingressa dicatur

Antiphona.

Ta weźmie błogosławieństwo od Pana, i miłosierdzie od Boga zbawiciela swego: bo ten jest naród szukających go.

Psalm 99.

Wykrzykajcie Bogu wszystkie ziemie, służcie Panu z weselem: wchodźcie przed obliczność jego z radością.

Wiédzcie, iż Pan sam jest Bóg: on nas uczynił, a nie my sami siebie: lud jego jesteśmy i owce pastwiska jego.

Wchodźcie w bramy jego w wyznawaniu, do sieni jego z pieśniami: wyznawajcie mu, chwalcie imię jego.

Boć słodki jest Pan: na wieki miłosierdzie jego i aż od rodzaju do rodzaju prawda jego.

Chwała Ojcu i Synowi i Duchowi świętemu: jako była na początku, teraz i zawsze i na wieki wieków. Amen.

Antiph. Ta weźmie błogosławieństwo od Pana, i miłosierdzie od Boga zbawiciela swego: bo ten jest naród szukających go.

Deinde porrigens ad manum mulieris extremam partem stolae, eam introducit in ecclesiam, dicens:

Wnidź do świątyni Bożej i oddaj pokłon

Synowi przebłogosławionej Panny Maryi, który ci dał płodność żywota.

Et ipsa ingressa genuflectit coram altari et orat, gratias agens Deo pro beneficiis sibi collatis; et Sacerdos dicit:

V. Panie zmiłuj się nad nami.

R. Chrystusie zmiłuj się nad nami. Panie zmiłuj się nad nami.

Ojczy nasz.

V. I nie wódź nas na pokuszenie.

R. Ale nas zbaw ode złego.

V. Pobłogosław, Panie, służebnicę Twoję.

R. Boże mój, która pokłada nadzieję w Tobie.

V. Spuść jęj, Panie, pomoc z świątyni Twojój.

R. A z Syonu obraniaj ją.

V. Niechaj w niej nieprzyjaciel nic nie zdoła.

R. A syn złośliwości niech się nieważy szkodzić jęj.

V. Panie wysłuchaj modlitwę moję.

R. A wołanie moję niech do Ciebie przyjdzie.

V. Pan z wami. **R.** I z duchem twoim.

Módlmy się.

Wszechmogący wieczny Boże, któryś przez porodzenie błogosławionej Panny Maryi, boleści wiernych rodzających w radość obrócił:

wejrzyj miłościwie na tę służebnicę Twoją, która z dzieciątkiem swoim do świętego kościoła Twego dla dziękczynienia z radością przychodzi: wspieraj ją w ciągłym dopełnianiu macierzyńskich powinności swoich, wezmij dzieciątko jej w opiekę Twoją, użyż jej do wychowania go błogosławieństwa Twego, i spraw: aby oboje po tém życiu, za zasługami i przyczyną téjże błogosławionej Panny Maryi, do wesela wiecznej szczęśliwości przyjść godni byli. Przez Chrystusa Pana naszego. *R. Amen.*

Deinde illum aspergit aqua benedicta in modum crucis, dicens:

Pokój i błogosławieństwo Boga wszechmogącego, Ojca †, i Syna †, i Ducha † świętego niechaj zstąpi na cię i zawsze będzie z tobą. *R. Amen.*

Si quidem infans vivit, minime autem a matre in templum apportatus est, tunc sequens Psalmus et Oratio recitetur, omnia autem reliqua eadem maneant.

Post allocutionem Antiphona ut supra.

Psalm 33

Będę błogosławiła Pana na każdy czas: zawsze chwala jego w ustach moich.

W Panu się chlubić będzie dusza moja: niechaj słyszą ciszy, a niech się wesela.

Wielbic Pana zemną: a wywyższajmy imię jego społecznie.

Szukałam Pana i wysłuchał mnie: i ze wszech utrapień moich wyrwał mię.

Przystąpcie do niego, a oświecajcie się: a oblicza wasze nie będą zawstyżone,

Ta uboga wołała, a Pan ją wysłuchał: i ze wszystkich ucisków jej wybawił ją.

Będzie anioł Pański w około bojących się go: i wyrwie ich.

Skosztujcie, a obaczcie, iż słodki jest Pan: błogosławiony człowiek, który w nim ma nadzieję.

Chwała Ojcu i Synowi i Duchowi świętemu: jako była na początku, teraz i zawsze i na wieki wieków. *R. Amen.*

Antiphona et Versiculi ut supra.

Tunc pergīt:

Módlmy się.

Wszechmogący wieczny Boże, któryś przez porozdzenie błogosławionej Panny Maryi, boleści wiernych rodzących w radość obrócił: wejrzyj miłościwie na tę służebnicę Twoją, która do świętego kościoła Twego dla dziękczynienia z radością przychodzi, i spraw: aby po tém życiu, za zasługami i przyczyną téjże błogosławionej Panny Maryi, do wesela wiecznej szczęśliwości z dzieciątkiem swoim

przyjść godna była. Przez Chrystusa Pana naszego. *R. Amen.*

Benedictio ut supra.

Si infans jam mortuus fuerit, alius Psalmus et alia Oratio recitetur, omnia vero reliqua maneant. Allocutio et Antiphona ut supra.

Psalm 120.

Podnosiłam oczy moje na góry: skąd mi przyjdzie pomoc.

Pomoc moja od Pana: który stworzył niebo i ziemię.

Niech nie da zachwiać się nodze twojej: i niech się nie zdrzymie, który cię strzeże.

Oto się nie zdrzymie ani zaśnie, który strzeże Izraela.

Pan cię strzeże, Pan obrona twoja: po prawej ręce twojej.

Nie upali cię słońce wednie: ani miesiąc w nocy.

Pan cię strzeże od wszego złego: Pan niech strzeże duszy twojej.

Pan niech strzeże wejścia twego i wyjścia twego, odtąd i aż na wieki.

Chwała Ojcu i Synowi i Duchowi świętemu: jako była na początku, teraz i zawsze i na wieki wieków. *R. Amen.*

Antiphona et Versiculi ut supra. Tunc pergit:

Módlmy się

Wszechmogący wieczny Boże, za przykła

dem błogosławionej Panny Maryi przychodzi ta służebnica Twoja do świątyni Twojej, aby Ci po położeniu swoim przynależne dzięki złożyła. Nie mogąc z dzieciątkiem na ręku macierzyńskich stanąć przed Tobą, pociesza się tylko tą myślą, że odeszło do Ciebie, Ojca wiecznej miłości, a że już wyzwolonym jest od wszelkiego niebezpieczeństwa grzechu: i pokrzepia się nadzieją szczęśliwego zobaczenia się z niem w wieczności. Przeto daj, o Boże, aby pobożnie i cnotliwie żyła, żeby kiedykolwiek, jako dziecię jej, szczęśliwie umierać i w wiecznej szczęśliwości weselić się mogła. Przez Chrystusa Pana naszego.

R. Amen.

Benedictio ut supra.

VI.

De Exequiis.

Sacras caeremonias ac ritus, quibus ex antiquissima traditione et Summorum Pontificum institutis S. Mater Ecclesia Catholica in filiorum suorum exequiis uti solet, tanquam vera religionis mysteria christianaeque pietatis signa et fidelium mortuorum saluberrima suffragia Parochi summo studio servare debent atque usu retinere.

Illis itaque praestandis, qua par est, modestia ac devotione ita se habebunt, ut ad defunctorum salutem

simulque ad vivorum pietatem, quemadmodum vere sunt, non ad quæstum ejusmodi ritus sancti instituti esse videantur.

Pauperes, quibus mortuis nihil, aut ita parum superest, ut propriis impensis humari non possint, gratis omnino sepeliantur, ac debita lumina suis impensis, si opus fuerit, adhibeant Sacerdotes, ad quos defuncti cura pertinet, vel aliqua pia Confraternitas, si fuerit, juxta loci consuetudinem. — Vide Rituale Vratislav. maj. pag. 228.

Ordo sepeliendi Adultos.

Sacerdos indutus superpelliceo et stola nigra vel etiam pluviali ejusdem coloris, ministris præferentibus Crucem, vas Aquæ benedictæ cum aspersionibus, thuribulum et naviculam incensi, procedit de Ecclesia ad locum, ubi corpus defuncti jacet, et stans ante feretrum incipit Antiphonam:

Si iniquitates.

Psalmus 129.

De profundis clamavi ad te Domine: Domine exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentes: in vocem deprecationis meæ.

Si iniquitates observaveris Domine: Domine quis sustinebit?

Quia apud te propitiatio est: et propter legem tuam sustinui te Domine.

Sustinuit anima mea in verbo ejus: speravit anima mea in Domino.

A custodia matutina usque ad noctem: speret Israel in Domino:

Quia apud Dominum misericordia: et copiosa apud eum redemptio.

Et ipse redimet Israel: ex omnibus iniquitatibus ejus.

Requiem æternam dona ei Domine: et lux perpetua luceat ei.

Repetitur Antiphona:

Si iniquitates observaveris Domine: Domine quis sustinebit.

V. Kyrie eleison.

R. Christe eleison. Kyrie eleison.

Pater noster. *Aspersio, incensatio.*

V. Et ne nos inducas in tentationem.

R. Sed libera nos a malo.

V. A porta inferi.

R. Erue Domine animam ejus.

V. Requiescat in pace. R. Amen.

V. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Absolve, quaesumus Domine, animam famuli tui (famulae tuae) N., ut defunctus (a) saeculo tibi vivat, et quæ per fragilitatem carnis humana conversatione commisit, tu

venia misericordissimae pietatis absterge.
Per Christum Dominum nostrum. *R.* Amen.

Tunc cadaver effertur, ordinatur Processio, Sacerdosque de domo procedens statim gravi voce intonat Antiphonam:

Exultabunt Domino.

Et cantores in choant:

Psalmum 50.

Miserere mei Deus: secundum magnam misericordiam tuam.

Et secundum multitudinem miserationum tuarum: dele iniquitatem meam.

Amplius lava me ab iniquitate mea: et a peccato meo munda me.

Quoniam iniquitatem meam ego cognosco: et peccatum meum contra me est semper.

Tibi soli peccavi, et malum coram te feci: ut justificeris in sermonibus tuis, et vincas, cum judicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: et in peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexisti: incerta et occulta sapientiae tuae manifestasti mihi.

Asperges me hyssopo, et mundabor: lava bis me, et super nivem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium et laetitiam: et exultabunt ossa humiliata.

Averte faciem tuam a peccatis meis: et omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me Deus: et spiritum rectum innova in visceribus meis.

Ne projicias me a facie tua: et Spiritum sanctum tuum ne auferas a me.

Redde mihi laetitiam salutaris tui: et spiritu principali confirma me.

Docebo iniquos vias tuas: et impii ad te convertentur.

Libera me de sanguinibus Deus, Deus salutis meae: et exultabit lingua mea justitiam tuam.

Domine, labia mea aperies: et os meum annuntiabit laudem tuam.

Quoniam, si voluisses sacrificium, dedissem utique: holocaustis non delectaberis.

Sacrificium Deo spiritus contribulatus: cor contritum et humilitatum Deus non despicies.

Benigne fac Domine in bona voluntate tua Sion: ut aedificentur muri Jerusalem.

Tunc acceptabis sacrificium justitiae, oblationes et holocausta: tunc imponent super altare tuum vitulos.

Requiem aeternam dona ei Domine: et lux perpetua luceat ei.

Ad ingressum ecclesiae vel coemeterii repetitur Antiphona:

Exultabunt Domino ossa humiliata.

Deinde ecclesiam vel coemeterium ingressi cantant Responsorium:

Subvenite, Sancti Dei; occurrite, Angeli Domini: Suscipientes animam ejus; Offerentes eam in conspectu Altissimi. *V.* Suscipiat te Christus, qui vocavit te, et in sinum Abrahæ Angeli deducant te. Suscipientes animam ejus. *V.* Requiem æternam dona ei Domine: et lux perpetua luceat ei. Offerentes etc.

* Quando feretrum in medio ecclesie deponitur, statim, nisi quid impediatur, dicatur Officium Defunctorum.

Tunc Missa habetur; qua finita Sacerdos deponit casulam et manipulum, accipit (si haberi potest) pluviale nigri coloris, et accedit feretrum, sistit se contra crucem ad pedes defuncti; tunc dicit Orationem sequentem:

Non intres in iudicium cum servo tuo, Domine, quia nullus apud te justificabitur homo, nisi per te omnium peccatorum ei tribuatur remissio. Non ergo eum, quaesumus, tua judicialis sententia premat, quem tibi vera supplicatio fidei Christianæ commendat: sed gratia tua illi succurrente mereatur evadere iudicium ultionis, qui dum viveret, insignitus est signaculo S. Trinitatis. Qui vivis et regnas in sæcula sæculorum. *R.* Amen.

Deinde cantatur Responsorium:

Libera me, Domine, de morte æterna, in

die illa tremenda. Quando coeli movendi sunt et terra. Dum veneris iudicare sæculum per ignem. *V.* Tremens factus sum ego et timeo, dum discussio venerit, atque ventura ira. Quando etc. *V.* Dies illa, dies iræ, calamitatis et miseriæ, dies magna et amara valde. Dum veneris etc. *V.* Requiem æternam dona eis, Domine, et lux perpetua luceat eis. Libera me, Domine etc. usque ad *V.*

Ad finem Responsorii prædicti Sacerdos imponit incensum. Tunc dicit:

Ryrie eleison. *R.* Christe eleison. Ryrie eleison.

Sacerdos dicit alta voce: Pater noster. Reliqua secreto.

Interim accipit aspersorium, et facta profunda inclinatione Cruci, circumiens feretrum, ter a parte dextera et ter a parte sinistra aqua benedicta aspergit et postea eodem modo incensat corpus defuncti; deinde dicit:

V. Et ne nos inducas in tentationem.

R. Sed libera nos a malo.

V. A porta inferi.

R. Erue, Domine, animam ejus.

V. Requiescat in pace. *R.* Amen.

V. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Deus, cui proprium est, misereri semper et

parcere, te supplices exoramus pro anima famuli tui (famulae tuae) *N.*, quam hodie de hoc saeculo migrare jussisti, ut non tradas eam in manus inimici, neque obliviscaris in finem, sed jubeas eam a sanctis Angelis suscipi et ad patriam Paradisi perduci, ut, quia in te speravit et credidit, non poenas inferni sustineat, sed gaudia sempiterna possideat. Per Christum Dominum nostrum. *R. Amen.*

Si defunctus fuerit Sacerdos, in oratione dicatur: pro anima famuli tui Sacerdotis, quam hodie etc.

Finita oratione corpus defuncti defertur ad sepulchrum.

Dum cum funere ad sepulchrum accedunt, cantatur Antiphona:

In Paradisum deducant te Angeli: in tuo adventu suscipiant te Martyres, et perducant te in civitatem sanctam Jerusalem. Chorus Angelorum te suscipiat, et cum Lazaro quondam paupere aeternam habeas requiem.

Cum pervenerit ad sepulchrum, si non est benedictum, Sacerdos illud benedicit, dicens:

Oremus.

Deus, cujus miseratione animae fidelium requiescunt, hunc tumulum benedicere † dignare, eique Angelum tuum sanctum deputa custodem, et quorum quarumve corpora hic

sepeliuntur, animas eorum ab omnibus absolve vinculis delictorum, ut in te semper cum Sanctis tuis sine fine laetentur. Per Christum Dominum nostrum. *R. Amen.*

Dicta oratione, Sacerdos aqua benedicta aspergat, deinde incenset corpus defuncti et tumulum.

Et statim intonet Antiphonam:

Ego sum.

Et dicitur:

Canticum Zachariae Luc. 1.

Benedictus Dominus Deus Israel: quia visitavit, et fecit redemptionem plebis suae.

Et crexit cornu salutis nobis: in domo David pueri sui.

Sicut locutus est per os Sanctorum, qui a saeculo sunt, Prophetarum ejus.

Salutem ex inimicis nostris; et de manu omnium, qui oderunt nos.

Ad faciendam misericordiam cum Patribus nostris: et memorari testamenti sui sancti.

Jusjurandum, quod juravit ad Abraham, patrem nostrum: daturum se nobis.

Ut sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati: serviamus illi.

In sanctitate et justitia coram ipso: omnibus diebus nostris.

Et tu puer propheta Altissimi vocaberis: praeibis enim ante faciem Domini, parare vias ejus.

Ad dandam scientiam salutis plebi ejus: in remissionem peccatorum eorum.

Per viscera misericordiae Dei nostri: in quibus visitavit nos oriens ex alto.

Illuminare his, qui in tenebris, et in umbra mortis sedent: ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.

Requiem aeternam dona ei Domine: et lux perpetua luceat ei.

Et repetitur Antiphona:

Ego sum resurrectio et vita; qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, vivet, et omnis, qui vivit et credit in me, non morietur in aeternum.

Nunc Sacerdos dicit:

V. Kyrie eleison.

R. Christe eleison. Kyrie eleison.

Pater noster etc. *secreto, interim funus aspergat et incenset.*

V. Et ne nos inducas in tentationem.

R. Sed libera nos a malo.

V. A porta inferi.

R. Erue, Domine, animam ejus.

V. Requiescat in pace.

R. Amen.

V. Domine, exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Fac, quaesumus, Domine, hanc cum servo tuo defuncto misericordiam, ut factorum suorum in poenis non recipiat vicem, qui tuam in votis tenuit voluntatem, ut sicut hic eum vera fides junxit fidelium turmis, ita illic eum tua miseratio societ angelicis choris. Per Christum Dominum nostrum. *R.* Amen.

Si fuerit femina, dicatur:

Oremus.

Fac, quaesumus, Domine, hanc cum famula tua defuncta misericordiam, ut factorum suorum in poenis non recipiat vicem, quae tuam in votis tenuit voluntatem, ut sicut hic eam vera fides junxit fidelium turmis, ita illic eam tua miseratio societ angelicis choris. Per Christum Dominum nostrum. *R.* Amen.

V. Requiem aeternam dona ei, Domine.

R. Et lux perpetua luceat ei.

V. Requiescat in pace.

R. Amen.

V. Anima ejus et animae omnium fidelium defunctorum per misericordiam Dei requiescant in pace. *R.* Amen.

Deinde funere in tumulum demisso, Sacerdos aspergat illud Aqua benedicta et parum terrae injiciendo dicat:

De terra formasti me Domine, et carne in-

duisti me: resuscita me in novissimo die,
Redemptor meus, Domine.

*Deinde a sepultura in Ecclesiam aut in Sacristiam
revertitur.*

Ordo Exequiarum brevior

ex usu Provinciae hujus.

*Cum corpus defuncti domo effertur, cantatur Re-
sponsorium: Libera me, Domine etc. Cum autem
ad ecclesiam vel coemeterium delatum fuerit, Sacer-
dote ad caput feretri penes sepulchrum stante, cani-
tur: Qui Lazarum etc. cum suo versu et Requiem
aeternam etc.*

Quo finito, Sacerdos dicit tono consueto lugubri:

V. Kyrie eleison.

R. Christe eleison. Kyrie eleison.

Pater noster etc.

V. Et ne nos inducas in tentationem.

R. Sed libera nos a malo.

V. A porta inferi.

R. Erue, Domine, animam eorum.

V. Requiescant in pace.

R. Amen.

V. Domine, exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Omnipotens, sempiternus Deus, qui humano

corpori animam inspirare dignatus es, dum,
te jubente, pulvis redit in pulverem, tu ima-
ginem tuam eidem corpori virtute resurrec-
tionis tuae reddendam cum Sanctis et Electis
tuis aeternis sedibus praecipias sociari. Per
Christum Dominum nostrum. **R. Amen.**

*Deinde defuncto in tumulum demisso, Sacerdos
aspergat illum aqua benedicta, et parum terrae inji-
ciendo dicat:*

De terra formasti me, Domine, et carne in-
duisti me: resuscita me in novissimo die,
Redemptor meus, Domine.

*Postremo dum perficitur sepultura, ex consuetu-
dine Dioecesis canitur per chorum Antiphona:*

Salve regina, mater misericordiae, vita,
dulcedo et spes nostra, salve. Ad te clama-
mus exules, filii Hevae. Ad te suspiramus
gementes et flentes in hac lacrymarum valle.
Eja ergo, advocata nostra, illos tuos miseri-
cordes oculos ad nos converte. Et Jesum,
benedictum fructum ventris tui, nobis post
hoc exilium ostende. O clemens, o pia, o
dulcis virgo Maria.

V. Ora pro nobis sancta Dei Genitrix.

*R. Ut digni efficiamur promissionibus
Christi.*

Oremus.

Omnipotens, sempiternus Deus, qui glorio-
sae virginis matris Mariae corpus et animam,
ut dignum Filii tui habitaculum effici mere-

retur, Spiritu S. cooperante praeparasti: da, ut cujus commemoratione laetamur, ejus pia intercessione ab instantibus malis et a morte perpetua liberemur. Per eundem Christum Dominum nostrum. **R. Amen.**

V. Divinum auxilium maneat semper nobiscum.

R. Amen.

De Officio faciendo in Exequiis,

absente corpore defuncti, et in die tertio, septimo, trigesimo et anniversario.

Si tales faciendae sunt Exequiae, eo die in Ecclesia dicatur officium defunctorum cum tribus Nocturnis, Laudibus et Antiphonis duplicatis, vel saltem unum Nocturnum cum tribus Lectionibus, Laudibus et Missa. —

Finita Missa Celebrans deponit manipulum et planetam, accipit pluviale nigri coloris (ubi haberi potest) et praecedentibus ministro uno cum Cruce, duobus Ceroferariis cum luminibus accensis, et duobus aliis, uno cum navicula incensi et thuribulo, ac altero cum vasculo Aquae benedictae et aspersorio ad tumbam accedit. — Interim cantatur Responsorium:

Libera me Domine de morte aeterna in die illa tremenda etc.

Circa finem hujus Responsorii Sacerdos ponit incensum in thuribulum, benedicens illud more solito; deinde dicit:

V. Kyrie eleison.

R. Christe eleison. Kyrie eleison.

Sacerdos dicit: Pater noster etc. Reliqua secreto. Interim accipit aspersorium, et facta cruci profunda inclinatione circumiens tumbam, aspergit illam ter a parte dextera et ter a parte sinistra aqua benedicta, et postea eodem modo incensat: Dein dicit:

V. Et ne nos inducas in tentationem.

R. Sed libera nos a malo.

V. A porta inferi.

R. Erue, Domine, animam ejus.

V. Requiescat in pace. **R. Amen.**

V. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Absolve, quaesumus, Domine, animam famuli tui (famulae tuae) **N.**, ut defunctus (a) saeculo tibi vivat, et peccata, quae per fragilitatem carnis humana conversatione commisit, tu venia misericordissimae pietatis absterge. Per Christum Dominum nostrum. **R. Amen.**

Vel dicatur oratio, quae dicta est in Missa, vel alia conveniens. Deinde celebrans faciens crucem manu dextera super tumulum dicit:

V. Requiem aeternam dona ei, Domine.

R. Et lux perpetua luceat ei.

V. Requiescat in pace. **R. Amen.**

Ordo sepeliendi Parvulos.

Cum infans baptizatus defunctus fuerit ante usum rationis, induitur juxta aetatem, et imponitur ei corona de floribus seu de herbis aromaticis et odoriferis, in signum integritatis carnis et virginitatis. Sacerdos superpelliceo et stola alba indutus, praecedente cruce, accedit ad domum defuncti, ubi aspergit corpus, deinde dicit Antiphonam:

Sit nomen Domini.

Psalmus 112.

Laudate pueri Dominum: laudate nomen Domini.

Si nomen Domini benedictum: ex hoc nunc et usque in saeculum.

A solis ortu usque ad occasum: laudabile nomen Domini.

Excelsus super omnes gentes Dominus: et super coelos gloria ejus.

Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat: et humilia respicit in coelo et in terra?

Suscitans a terra inopem: et de stercore erigens pauperem.

Ut colloct eum cum principibus: cum principibus populi sui.

Qui habitare facit sterilem in domo: matrem filiorum laetantem.

Gloria Patri etc.

Et repetitur Antiphona:

Sit nomen Domini benedictum ex hoc nunc et usque in saeculum.

V. Kyrie eleison. *R.* Christe eleison. Kyrie eleison.

Pater noster. Reliqua secreto.

Interim Sacerdos in thuribulum imponit incensum, illud more solito benedicens, tunc corpus aspergit et incensat. Dein pergit:

V. Et ne nos inducas in tentationem.

R. Sed libera nos a malo.

V. Me autem propter innocentiam suscepisti.

R. Et confirmasti me in conspecto tuo in aeternum.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Omnipotens et mitissime Deus, qui omnibus parvulis renatis fonte Baptismatis, dum nigrant a saeculo, sine ullis eorum meritis vitam illico largiris aeternam, sicut animae hujus parvuli hodie credimus te fecisse; fac nos, quaesumus, Domine, per intercessionem Beatae Mariae semper Virginis et omnium Sanctorum tuorum hic purificatis tibi mentibus famulari et in Paradiso cum beatis parvulis perenniter sociari. Per Christum Dominum nostrum. *R.* Amen.

Nunc ordinatur processio ad ecclesiam. — Dum funus portatur ad ecclesiam dicatur Psalmus 115:

Beati immaculati in via: qui ambulant in lege Domini.

Beati, qui scrutantur testimonia ejus: in toto corde exquirunt eum.

Non enim qui operantur iniquitatem: in viis ejus ambulaverunt.

Tu mandasti: mandata tua custodiri nimis.

Utinam dirigantur viae meae: ad custodiendas justificationes tuas.

Tunc non confundar: cum perspexero in omnibus mandatis tuis.

Confitebor tibi in directione cordis: in eo, quod didici judicia justitiae tuae.

Justificationes tuas custodiam: non me derelinquas usquequaque.

In quo corrigit adulescentior viam suam: in custodiendo sermones tuos.

In toto corde meo exquisivi te: ne repellas me a mandatis tuis.

In corde meo abscondi eloquia tua: ut non peccem tibi.

Benedictus es, Domine: doce me justificationes tuas.

In labiis meis: pronuntiavi omnia judicia oris tui.

In via testimoniorum tuorum delectatus sum: sicut in omnibus divitiis.

In mandatis tuis exercebor: et considerabo vias tuas.

In justificationibus tuis meditabor: non obliviscar sermones tuos.

Gloria Patri etc.

Si tempus superest, dici potest:

Psalmus 149: Cantate Domino canticum novum etc.

Psalmus 150: Laudate Dominum in sanctis ejus etc.

Cum autem pervenerit ad ecclesiam dicatur Antiphona:

Hic accipiet.

Psalmus 23.

Domini est terra et plenitudo ejus: orbis terrarum et universi, qui habitant in eo.

Quia ipse super maria fundavit eum: et super flumina praeparavit eum.

Quis ascendet in montem Domini: aut quis stabit in loco sancto ejus?

Innocens manibus et munde corde: qui non accepit in vano animam suam, nec juravit in dolo proximo suo.

Hic accipiet benedictionem a Domino: et misericordiam a Deo salutari suo.

Haec est generatio quaerentium eum: quaerentium faciem Dei Jacob.

Attollite portas, principes, vestras, et elevamini portae aeternales: et introibit rex gloriae.

Quis est iste rex gloriae? Dominus, fortis et potens, Dominus potens in proelio.

Attollite portas, principes, vestras, et elevamini portae aeternales: et introibit rex gloriae.

Quis est iste rex gloriae? Dominus virtutum, ipse est rex gloriae.

Gloria Patri etc.

Repetitur Antiphona:

Hic accipiet benedictionem a Domino, et misericordiam a Deo salutari suo, quia haec est generatio quaerentium Dominum.

Dum funus portatur ad tumulum dicitur Antiphona:

Juvenes et virgines.

Psalmus 148.

Laudate Dominum de coelis: laudate eum in excelsis.

Laudate eum omnes Angeli ejus: laudate eum omnes virtutes ejus.

Laudate eum sol et luna: laudate eum omnes stellae et lumen.

Laudate eum coeli coelorum: et aquae omnes, quae super coelos sunt, laudent nomen Domini.

Quia ipse dixit, et facta sunt: ipse mandavit, et creata sunt.

Statuit ea in aeternum, et in saeculum saeculi: praeceptum posuit, et non praeteribit.

Laudate Dominum de terra: dracones et omnes abyssi.

Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum: quae faciunt verbum ejus.

Montes et omnes colles: ligna fructifera et omnes cedri.

Bestiae et universa pecora: serpentes et volucres pennatae.

Reges terrae et omnes populi: principes et omnes judices terrae.

Juvenes et virgines, senes cum junioribus laudent nomen Domini: quia exaltatum est nomen ejus solius.

Confessio ejus super coelum et terram: et exaltavit cornu populi sui.

Hymnus omnibus sanctis ejus: filiis Israel, populo appropinquanti sibi.

Repetitur Antiphona:

Juvenes et virgines, senes cum junioribus laudent nomen Domini.

V. Kyrie eleison.

R. Christe eleison. Kyrie eleison.

Pater noster. Reliqua secreto.

V. Et ne nos inducas in tentationem.

R. Sed libera nos a malo.

V. Sinite parvulos venire ad me.

R. Talium enim est regnum coelorum.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Omnipotens, sempiternus Deus, sanctae puritatis amator, qui animam hujus parvuli ad coelorum regnum hodie misericorditer vocare dignatus es: digneris etiam, Domine, ita nobiscum misericorditer agere, ut meritis tuae SS. Passionis et intercessione B. Mariae

semper Virginis et omnium Sanctorum tuorum in eodem regno nos cum omnibus Sanctis et Electis tuis semper facias congaudere. Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia saecula saeculorum. *R. Amen.*

Deinde Sacerdos corpus aspergat aqua benedicta et thurificet, similiter et tumulum; postea sepe-liatur.

Ordo sepeliendi Adultos.

(Germanice.)

Sacerdos domum defuncti ingressus post cantum funebrem dicat Antiphonam:

Herr, unser Gott bist Du, im Leben und im Tode.

Psalm 129.

Aus den Tiefen ruf ich, Herr, zu Dir.
 Ach, Herr! erhöre meine Stimme!
 Reize Deine Ohren, Herr, und merke
 Auf die Inbrunst meines Flehens.
 Hältst Du Sünden nach, o Herr,
 Herr, wer kann vor Dir bestehn?
 Doch Vergebung ist bei Dir;
 Gestützt auf Dein Geseh, harr' ich, Herr auf Dich!
 Meine Seele harret auf sein Wort,
 Es hoffet meine Seele auf den Herrn.
 Von der Morgenwache bis zur Nacht
 Vertrauet Israel dem Herrn.
 Denn der Herr hat der Erbarmung viel,
 Und viel Erlösung ist bei ihm.
 Er wird erlösen Israel

Aus aller seiner Schuld.

Gieb ihm (ihr), o Herr, die ewige Ruhe:

Und das ewige Licht leuchte ihm (ihr).

Antiph. Herr, unser Gott bist Du, im Leben und im Tode.

Deinde Sacerdos, ad caput feretri cum aliis, si commode poterit, genuflexus, tono consueto lugubri pergit:

V. Herr, erbarme Dich unser!

R. Christus, erbarme Dich unser! Herr, erbarme Dich unser!

Vater unser.

Dum „Pater noster“ secreto dicitur ab omnibus, Sacerdos aspergit et incensat corpus defuncti; tunc dicit:

V. Und führe uns nicht in Versuchung.

R. Sondern erlöse uns von dem Uebel.

V. Von dem ewigen Verderben

R. Erlöse, o Herr, seine (ihre) Seele!

V. Herr, laß ihn (sie) ruhen in Frieden.

R. Amen.

V. O Herr, erhöre mein Gebet,

R. Und laß mein Rufen zu Dir kommen.

V. Der Herr sey mit euch, *R.* Und mit deinem Geiste.

Lasset uns beten!

Zu Dir stehen wir, o Herr! befreie die Seele Deines Dieners (Deiner Dienerin) *N.* von allen Banden der Sünde, daß er (sie), in der Herrlichkeit der Auferstehung unter Deinen Heiligen und Auserwählten wieder erweckt, zum ewigen Leben gelange. Durch Christum, unsern Herrn. *R. Amen.*

Alia oratio.

Gehe, o Herr, nicht ins Gericht mit Deinem Diener

(Deiner Dienerin) *N.*, denn vor Dir wird kein Mensch gerecht erfunden, wenn er nicht durch Dich Vergebung aller seiner Sünden erlangt hat. Darum, wir bitten Dich, treffe Dein Richterspruch denjenigen (diejenige) nicht, welchen (welche) das inbrünstige Gebet des christlichen Glaubens Dir empfiehlt; sondern laß unter dem Beistande Deiner Gnade dem strafenden Urtheil Deinen Diener (Deine Dienerin) entgehen, der (die), so lange er (sie) lebte, bezeichnet war mit dem Zeichen der heil. Dreieinigkeit: der Du lebst und regierest mit dem Vater und dem heil. Geiste wahrer Gott von Ewigkeit zu Ewigkeit. *R. Amen.*

Alia oratio.

Erlöse, o Herr, die Seele Deines Dieners (Deiner Dienerin) *N.*, damit er (sie), der Welt abgestorben, nur Dir lebe. Und die Sünden, die er (sie) aus menschlicher Schwachheit während seines (ihres) Wandels auf Erden begangen hat, vergieb ihm (ihr) durch Deine unendliche Gnade und Erbarmung. Durch unsern Herrn Jesum Christum, Deinen Sohn, der mit Dir lebt und regiert in Einigkeit des heil. Geistes, Gott von Ewigkeit zu Ewigkeit.

R. Amen.

V. Herr, gieb ihm (ihr) die ewige Ruhe.

R. Und das ewige Licht leuchte ihm (ihr).

V. Herr, laß ihn (sie) ruhen im Frieden.

R. Amen.

Tunc funus effertur et ordinatur processio. — Cum corpus defuncti ad coemeterium delatum fuerit, Sacerdote ad caput feretri penes sepulchrum stante, canitur carmen lugubre, quo finito Sacerdos sepulchrum, si nondum sit benedictum, benedicat et incenset dicens:

Dieses Grab sey eingeseget im Namen des Vaters †, und des Sohnes †, und des heil. Geistes †. *R. Amen.*

Lasset uns beten!

O Gott, durch dessen Erbarmung die Seelen der Gläubigen im Frieden ruhen, segne huldreich dieses Grab, gieb ihm Deinen heil. Engel zum Wächter und befreie die Seelen derer, welche hier begraben werden, von allen Banden der Sünde, damit sie in Dir mit allen Heiligen ohne Ende sich erfreuen mögen. Durch Christum, unsern Herrn. *R. Amen.*

Alio, qui forsitan postulatus sit, cantu habito, Sacerdos dicit Antiphonam:

Ich bin die Auferstehung und das Leben, spricht Christus, unser Herr; wer an mich glaubt, der wird leben, wenn er auch stirbt, und Jeder, der lebt und an mich glaubt, wird in Ewigkeit nicht sterben.

Psalm 50.

Erbarme Dich meiner, o Gott, nach Deiner Allbarmerzigkeit; und nach Deiner Gnadenmenge tilge meine Schuld.

Und wasch' mich mehr und mehr von meiner Missethat: und reinige von meinen Sünden mich.

Denn ich erkenne mein Vergehen: und meine Sünde schwebet stets vor mir.

Dir, Dir allein hab' ich gesündigt, was böß in Deinen Augen ist, gethan: daß Du gerecht in Deinen Reden sehest, und siegreich gegen Deine Kläger.

In Erbschuld hat man mich gezeugt: in Sünden meine Mutter mich empfangen.

Die Wahrheit, Herr, hast Du geliebt: was dunkel und verborgen war, hat Deine Weisheit kund gethan.

Besprenge mich mit Iosop, und ich werde rein: wasche mich, und weißer werd' ich als der Schnee.

Laß Bonne mich und Freude hören: dann werden froh sehn die zerschlagenen Gebeine.

Ach wende weg Dein Angesicht von meinen Sünden: und lösche alle meine Missethaten aus.

Erschaffe, Gott, ein reines Herz in mir: den rechten Geist erneue im Gemüthe.

Verwirf mich nicht vor Deinem Angesicht: und Deinen heil'gen Geist nimm nicht von mir.

Gieb mir die Bönne Deines Heiles wieder: befestige mich durch Deinen starken Geist.

Dann lehr' ich Ungerechte Deine Wege: und Sünder, daß sie sich zu Dir bekehren.

Erlöse mich von Blutschuld, Gott! mein Heil: dann preiset meine Zunge Deine Gnade.

Herr, öffne meine Lippen: dann wird mein Mund Dein Lob verkünden.

Denn hättest Dpfer Du gewollt, ich hätte sie gegeben: Brandopfer sind Dir nicht genehm.

Das Gott gefällige Dpfer ist ein zerknirschter Geist: ein Herz voll Reu' und Demuth, Gott, verschmäht Du nicht.

Gieb ihm (ihr), o Herr, die ewige Ruhe: und das ewige Licht leuchte ihm (ihr).

Antiph. Ich bin die Auferstehung und das Leben, spricht Christus, unser Herr; wer an mich glaubt, wird leben, wenn er auch stirbt; und Jeder, der lebt und an mich glaubt, wird in Ewigkeit nicht sterben.

V. Herr, erbarme Dich unser!

R. Christus, erbarme Dich unser! Herr, erbarme Dich unser!

Vater unser.

Dum „Pater noster“ secreto dicitur, Sacerdos corpus defuncti aqua benedicta aspergat et incenset; tunc pergat:

V. Und führe uns nicht in Versuchung.

R. Sondern erlöse uns von dem Uebel.

V. Von dem ewigen Verderben

R. Erlöse, o Herr, seine (ihre) Seele.

V. Herr, laß ihn (sie) ruhen im Frieden. *R.* Amen.

V. O Herr, erhöre mein Gebet!

R. Und laß mein Rufen zu Dir kommen.

V. Der Herr sey mit euch! *R.* Und mit deinem Geiste.

Lasset uns beten!

Allmächtiger, ewiger Gott, der Du dem Körper des Menschen einen unsterblichen Geist eingehaucht hast: so wie nach Deinem Befehle der Staub zum Staube zurückkehrt, so auch mögest Du bestimmen, daß Dein durch die Kraft der Auferstehung in demselben Körper herzustellen des Ebenbild mit Deinen Heiligen und Auserwählten in den ewigen Wohnungen vereinigt werde. Durch Jesum Christum, unsern Herrn. *R.* Amen.

Alia oratio.

O Gott, dem es eigenthümlich ist, sich stets zu erbarmen und zu begnadigen, Dich bitten wir flehend für die Seele Deines Dieners *N.*, welche heute nach Deinem Willen aus dieser Welt geschieden ist, daß Du sie nicht übergeben wollest in die Hände des Feindes, und nicht vergessen mögest die Vollendung, sondern sie von den heiligen Engeln aufnehmen und dem himmlischen Vaterlande zuführen lassen wollest, damit sie wegen ihrer auf Dich gesetzten Hoffnung und wegen ihres Glaubens nicht die Strafen der Hölle erleide, sondern in die ewigen Freuden eingehe. Durch Christum, unsern Herrn. *R.* Amen.

Alia oratio.

Wir bitten Dich, o Gott, erweise Deinem verstorbenen Diener *N.*, diejenige Barmherzigkeit, durch die er seiner Thaten wegen nicht Strafe empfangen, da er Deinen Willen zu erfüllen bestrebt war; damit, so wie ihn hier der wahre Glaube verbunden hat mit den Schaaren der Gläubigen, auch dort ihn Deine Erbarmung den Chören der Engel zugeselle. Durch Christum, unsern Herrn. *R.* Amen.

Alia oratio.

O Herr, Gott der Erbarmungen, laß die Seele Deines Dieners *N.*, dessen Leib wir der Erde übergeben, zu dem Orte der Erquickung, zur Seligkeit der ewigen Ruhe und zur Klarheit Deines himmlischen Lichtes gelangen. Durch unsern Herrn Jesum Christum, Deinen Sohn, der mit Dir lebst und regiert in Einigkeit des heil. Geistes, Gott, von Ewigkeit zu Ewigkeit. *R. Amen.*

Alia oratio.

Gott, aller Gläubigen Schöpfer und Erlöser, verleihe der Seele Deines verstorbenen Dieners die Vergebung aller Sünden; damit ihr der Nachlaß, den sie stets gewünscht, durch fromme Fürbitte zu Theil werde. Der Du lebst und regierest mit dem Vater in Einigkeit des heil. Geistes, Gott, von Ewigkeit zu Ewigkeit. *R. Amen.*

V. Gieb ihm (ihr), o Herr, die ewige Ruhe.

R. Und das ewige Licht leuchte ihm (ihr).

V. Ewigen Frieden, selige Ruhe verleihe die Barmherzigkeit Gottes dir und allen, die mit dir hier schlummern! *R. Amen.*

Deinde defuncto in tumulum demisso, Sacerdos aspergat illum aqua benedicta, et parum terrae injiciens dicat:

Von Erde hast Du mich gebildet, o Herr, mit Fleisch hast Du mich umkleidet: erwecke mich am jüngsten Tage, Herr, mein Erlöser!

Ordo sepeliendi Parvulos.

(Germanice.)

Sacerdos superpelliceo et stola alba indutus, ministris praeferentibus crucem, aquam benedictam et

PSALM. 84. Benedixisti, Domine, terram tuam: avertisti captivitatem Jacob. Remisisti iniquitatem plebis tuae: operuisti omnia peccata eorum. Mitigasti omnem iram tuam: avertisti ab ira indignationis tuae.

Converte nos, Deus salutaris noster: et averte iram tuam a nobis. Numquid in aeternum irasceris nobis: aut extends iram tuam a generatione in generationem? Deus, tu conversus vivificabis nos: et plebs tua lactabitur in te. Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam: et salutare tuum da nobis. Audiam, quid loquatur in me Dominus Deus: quoniam loquetur pacem in plebem suam; et super sanctos suos: et in eos, qui convertuntur ad cor. Verumtamen prope timentes eum salutare ipsius: ut inhabitet gloria in terra nostra. Misericordia et veritas obviaverunt sibi: iustitia et pax osculatae sunt. Veritas de terra orta est: et iustitia de coelo prospexit. Etenim Dominus dabit benignitatem: et terra nostra dabit fructum suum. Iustitia ante eum ambulabit: et ponet in via gressus suos. — Gloria Patri. Sicut erat.

PSALM. 85. Inclina, Domine, aurem tuam, et exaudi me: quoniam inops et pauper sum ego. Custodi animam meam, quoniam sanctus sum: salvum fac servum tuum, Deus meus, sperantem in te. Miserere mei, Domine, quoniam ad te clamavi tota die: laetifica animam servi tui, quoniam ad te, Domine, animam meam levavi. Quoniam tu, Domine, suavis et mitis: et multae misericordiae omnibus invocantibus te. Auribus percipe, Domine, orationem me-

am: et intende voci deprecationis meae. In die tribulationis meae clamavi ad te: quia exaudisti me. Non est similis tui in diis, Domine: et non est secundum opera tua. Omnes gentes, quascunque fecisti, venient et adorabunt coram te, Domine: et glorificabunt nomen tuum. Quoniam magnus es tu, et faciens mirabilia: tu es Deus solus. Deduc me, Domine, in via tua, et ingrediar in veritate tua: laetetur cor meum, ut timeat nomen tuum. Confitebor tibi, Domine Deus meus, in toto corde meo: et glorificabo nomen tuum in aeternum. Quia misericordia tua magna est super me: et eruisti animam meam ex inferno inferiori. Deus, iniqui insurrexerunt super me, et synagoga potentium quaesierunt animam meam, et non proposuerunt te in conspectu suo. Et tu, Domine Deus, miserator et misericors: patiens et multae misericordiae et verax. Respice in me, et miserere mei: da imperium tuum puero tuo, et salvum fac filium ancillae tuae. Fac mecum signum in bonum, ut videant, qui oderunt me, et confundantur: quoniam tu, Domine, adjuvisti me, et consolatus es me. — Gloria Patri. Sicut erat.

PSALM. 115. Credidi, propter quod locutus sum: ego autem humiliatus sum nimis. Ego dixi in excessu meo: Omnis homo mendax. Quid retribuam Domino: pro omnibus, quae re-

tribuit mihi? Calicem salutaris accipiam: et nomen Domini invocabo. Vota mea Domino reddam coram omni populo ejus: pretiosa in conspectu Domini mors Sanctorum ejus. O Domine, quia ego servus tuus: ego servus tuus, et filius ancillae tuae. Dirupisti vincula mea: tibi sacrificabo hostiam laudis, et nomen Domini invocabo. Vota mea Domino reddam in conspectu omnis populi ejus: in atriis domus Domini, in medio tui, Jerusalem. — Gloria Patri. Sicut erat.

PSALM. 129. Deprofundis cla-

mavi ad te, Domine: Domine, exaudi vocem meam. Fiant aures tuae intendentes: in vocem deprecationis meae. Si iniquitates observaveris, Domine: Domine, quis sustinebit? Quia apud te propitiatio est: et propter legem tuam sustinuit te, Domine. Sustinuit anima mea in verbo ejus: speravit anima mea in Domino. A custodia matutina usque ad noctem: spectet Israel in Domino. Quia apud Dominum misericordia: et copiosa apud eum redemptio. Et ipse redimet Israel: ex omnibus iniquitatibus ejus. — Gloria Patri. Sicut erat.

Antiph. repet. Ne reminiscaris, Domine, delicta nostra vel parentum nostrorum: neque vindictam sumas de peccatis nostris. (Alleluja.)

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. *V.* Et ne nos inducas in tentationem. *R.* Sed libera nos a malo. *V.* Ego dixi: Domine, miserere mei. *R.* Sana animam meam, quia peccavi tibi. *V.* Convertere, Domine, aliquantulum. *R.* Et deprecare super servos tuos. *V.* Fiat misericordia tua, Domine, super nos. *R.* Quemadmodum speravimus in te. *V.* Sacerdotes tui induantur iustitiam. *R.* Et sancti tui exultent. *V.* Ab oculis meis munda me, Domine. *R.* Et ab alienis parce servo tuo. *V.* Domine, exaudi orationem meam. *R.* Et clamor meus ad te veniat. *V.* Dominus vobiscum. *R.* Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Aures tuae pietatis, mitissime Deus, inclina precibus nostris, et gratia sancti Spiritus illumina cor nostrum: ut tuis mysteriis digne ministrare, teque aeterna charitate diligere mereamur.

Deus, cui omne cor patet et omnis voluntas loquitur, et quem nullum latet secretum: purifica per infusionem sancti Spiritus cogitationes cordis nostri, ut te perfecte diligere, et digne laudare mereamur.

Ure igne sancti Spiritus renes nostros et cor nostrum, Domine: ut tibi casto corpore serviamus, et mundo corde placeamus.

Mentes nostras, quaesumus Domine, Paraclitus, qui a te pro-

cedit, illuminet, et inducat in omnem, sicut tuus promisit Filius, veritatem.

Adsit nobis, quaesumus Domine, virtus Spiritus sancti, quae et corda nostra clementer expurget, et ab omnibus tueatur adversis.

Deus, qui corda fidelium sancti Spiritus illustratione docuisti: da nobis in eodem Spiritu recta sapere, et de ejus semper consolatione gaudere.

Conscientias nostras, quaesumus Domine, visitando purifica: ut veniens Dominus noster Jesus Christus, Filius tuus, paratam sibi in nobis inveniat mansionem. Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia saecula saeculorum. Amen.

Actus contritionis ante Missam. Heu me miserum! qui haecenus tam indigne in vocatione mea vixi, et toties et tam graviter te, Deum meum, offendi peccatis meis (praesertim his); sed nunc de iis doleo ex intimo corde meo, ob amorem tui super omnia, et deinceps tibi soli servire, placere et adhaerere propono.

Gregorius XIII. Papa concessit cuilibet dicenti ante Missam, quae sequuntur, L. annorum Indulgentiam. Ego volo celebrare Missam, et conficere Corpus et Sanguinem Domini nostri Jesu Christi juxta ritum sanctae Romanae Ecclesiae, ad laudem omnipotentis Dei totiusque Curiae triumphantis, ad utilitatem meam totiusque Curiae militantis, pro omnibus, qui se commendaverunt orationibus meis in genere et in specie, et pro felici statu sanctae Romanae Ecclesiae. Amen.

Gaudium cum pace, emendationem vitae, spatium verae poenitentiae, gratiam et consolationem sancti Spiritus, perseverantiam in bonis operibus tribuat nobis omnipotens et misericors Dominus. Amen.

ORATIONES ANTE CELEBRATIONEM DICENDAE.

Die Dominica. Summe Sacerdos et vere Pontifex Jesu Christe, qui te obtulisti Deo Patri hostiam puram et immaculatam in ara crucis pro nobis miseris et peccatoribus, et qui dedisti nobis Carnem tuam ad manducandum et Sanguinem tuum ad bibendum, et posuisti mysterium istud in virtute Spiritus sancti, dicens: Haec quotiescunque feceritis, in mei memoriam facietis! rogo per eundem Sanguinem tuum, magnum salutis nostrae pretium, rogo per hanc miram et ineffabilem eharitatem, qua nos miseros et indignos sic amare dignatus es, ut lavares nos a peccatis nostris in Sanguine tuo: doce me servum tuum indignum, quem inter caetera dona tua etiam ad officium sacerdotale

vocare dignatus es, nullis meis meritis, sed sola dignatione misericordiae tuae, — doce me, quaeso, per Spiritum sanctum tuum, tantum tractare mysterium ea reverentia et honore, ea devotione et timore, quibus oportet et decet. Fac me per gratiam tuam semper illud de tanto mysterio credere et intelligere, sentire et firmiter tenere, dicere et cogitare, quod tibi placet et expedit animae meae. Intret Spiritus tuus bonus in cor meum, qui sonet ibi sine sono, et sine strepitu verborum loquatur omnem veritatem; profunda quippe sunt nimis et sacro tecta velamine. Propter magnam clementiam tuam concede mihi Missarum solemniam mundo corde et pura mente celebrare. Libera cor meum ab immundis et nefandis, vanis et noxiis cogitationibus. Muni me beatorum Angelorum pia et fida custodia ac tutela fortissima, ut hostes omnium honorum confusi discedant. Per virtutem tanti mysterii et per manum sancti Angeli tui repelle a me et a cunctis servis tuis durissimum spiritum superbiae et cenodoxiae, invidiae et blasphemiae, fornicationis et immunditiae, dubitatis et diffidentiae. Confundantur, qui nos persequuntur: pereant illi, qui nos perdere festinant.

Feria secunda. Rex virginum et amator castitatis et integritatis! coelesti rore benedictionis tuae extingue in corpore meo fomitem ardentis libidinis, ut maneat in me tenor castitatis corporis et animae. Mortifica in membris meis carnis stimulos omnesque libidinosas commotiones, et da mihi veram et perpetuam castitatem cum caeteris donis tuis, quae tibi placent in veritate: ut Sacrificium laudis casto corpore et mundo corde valeam tibi offerre. Quanta enim cordis contritione et lacrymarum fonte, quanta reverentia et tremore, quanta corporis castitate et animae puritate istud divinum et coeleste Sacrificium est celebrandum, ubi Caro tua in veritate sumitur, ubi Sanguis tuus in veritate bibitur, ubi ima summis, terrena divinis junguntur, ubi adest sanctorum Angelorum praesentia, ubi tu es Sacrificium et Sacerdos mirabiliter et ineffabiliter constitutus!

Feria tertia. Quis digne hoc celebrare poterit, nisi tu, Deus omnipotens, offerentem feceris dignum? Scio, Domine, et vere scio, et idipsum pietati tuae confiteor, quia non sum dignus accedere ad tantum mysterium propter nimiam peccata mea et infinitas negligentias meas. Sed scio, et veraciter ex toto corde meo credo et ore confiteor, quia tu potes me facere dignum, qui solus potes facere mundum de immundo conceptum semine, et de peccatoribus justos et sanctos. Per hanc omnipotentiam tuam te rogo, Deus meus, ut concedas mihi peccatori hoc Sacrificium celebrare cum timore et tremore, cum cordis puritate et lacrymarum fonte,

cum laetitia spiritali et coelesti gaudio. Sentiat mens mea dulcedinem beatissimae praesentiae tuae et excubias sanctorum Angelorum tuorum in circuitu meo.

Feria quarta. Ego enim, Domine, memor venerandae passionis tuae, accedo ad altare tuum, licet peccator, ut offeram tibi Sacrificium, quod tu instituisti et offerri praecepisti in commemorationem tui, pro salute nostra. Suscipe illud, quaeso, summe Deus, pro Ecclesia sancta tua et pro populo, quem acquisisti sanguine tuo. Et quoniam me peccatorem inter te et eundem populum tuum medium esse voluisti, licet in me aliquid boni operis testimonium non agnoscas, officium saltem dispensationis creditae non recuses: nec per me indignum eorum salutis pereat pretium, pro quibus victima salutaris dignatus es esse et redemptio. Profero etiam, Domine, (si digneris propitius intueri) tribulationes plebium, pericula populorum, captivorum gemitus, miseriae orphanorum, necessitates peregrinorum, inopiam debilium, desperationes languentium, defectus senum, suspiria juvenum, vota virginum, lamenta viduarum.

Feria quinta. Tu enim misereris omnium, Domine, et nihil odisti eorum, quae fecisti. Memorare, quae sit nostra substantia: quia tu Pater noster es, quia tu Deus noster es, ne irascaris, neque multitudinem viscerum tuorum super nos contineas. Non enim in justificationibus nostris prosternimus preces ante faciem tuam, sed in miserationibus tuis multis. Aufer a nobis iniquitates nostras, et ignem sancti Spiritus in nobis clementer accende; aufer cor lapideum de carne nostra, et da nobis cor carneum, quod te amet, te diligat, te delectetur, te sequatur, te perfruatur. Oramus, Domine, clementiam tuam, ut sereno vultu familiam tuam, sacri tui nominis officia praestolantem, aspiceret digneris: et ut nullius sit irritum votum, nullius vacua postulatio, tu nobis preces suggere, quas ipse propitius audire et exaudire delecteris.

Feria sexta. Rogamus etiam te, Domine, sancte Pater, et pro spiritibus fidelium defunctorum, ut sit illis salus, sanitas, gaudium et refrigerium hoc magnum pietatis Sacramentum. Domine, Deus meus, sit illis hodie magnum et plenum convivium de te, Pane vivo, qui de coelo descendisti et das vitam mundo; de tua Carne sancta et benedicta, Agni videlicet immaculati, qui tollis peccata mundi, quae de sancto et glorioso beatae Virginis Mariae utero est assumta et de Spiritu sancto concepta; ac de illo pietatis fonte, qui per lanceam militis ex tuo sacratissimo latere emanavit: ut exinde refecti et satiati, refrigerati et consolati, exultent in laude et gloria tua. Peto clementiam tuam,

Domine, ut descendat super panem tibi sacrificandum plenitudo tuae benedictionis et sanctificatio tuae divinitatis. Descendat etiam, Domine, illa sancti Spiritus tui invisibilis incomprehensibilisque majestas, sicut quondam in Patrum hostias descendebat, qui et oblationes nostras Corpus et Sanguinem tuum efficiat, et me indignum sacerdotem doceat tantum tractare mysterium cum cordis puritate et lacrymarum devotione, cum reverentia et tremore, ita, ut placide ac benigne suscipias Sacrificium de manibus meis ad salutem omnium tam vivorum quam defunctorum.

Sabbato. Rogo etiam te, Domine, per ipsum sacrosanctum mysterium Corporis et Sanguinis tui, quo quotidie in Ecclesia tua pascimur et potamur, abluimur et sanctificamur, atque unius summae divinitatis participes efficimur: da mihi virtutes tuas sanctas, quibus repletus, bona conscientia ad altare tuum accedam, ita, ut haec coelestia Sacramenta efficiantur mihi salus et vita. Tu enim dixisti ore tuo sancto et benedicto: Panis, quem ego dabo, caro mea est, pro mundi vita: Ego sum panis vivus, qui de coelo descendi; si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in aeternum. Panis dulcissime! sana palatum cordis mei, ut sentiam suavitatem amoris tui; sana illud ab omni languore, ut nullam praeter te sentiam dulcedinem. Panis candidissime, habens omne delectamentum et omnem saporem, qui nos semper reficis, et nunquam in te deficis! comedit te cor meum, et dulcedine saporis tui repleantur viscera animae meae. Manducat te Angelus ore pleno: manducet te peregrinus homo pro modulo suo, ne deficere possit in via, tali recreatus viatico. Panis sancte, Panis vive, Panis munde, qui descendisti de coelo et das vitam mundo! veni in cor meum, et munda me ab omni inquinamento carnis et spiritus. Intra in animam meam, sana et munda me interius et exterius. Esto tutamen et continua salus animae et corporis mei. Repelle a me insidiantes mihi hostes: recedant procul a praesentia potentiae tuae, ut foris et intus per te munitus, recto tramite ad tuum regnum perveniam, ubi non in mysteriis, sicut in hoc tempore agitur, sed facie ad faciem te videbimus, cum tradideris regnum Deo et Patri, et eris Deus omnia in omnibus. Tunc enim me de te satiabis satietate mirifica, ita, ut nec esuriam nec sitiam in aeternum. Qui cum eodem Deo Patre et Spiritu sancto vivis et regnas per omnia saecula saeculorum. Amen.

Oratio ad B. V. Mariam. O mater pietatis et misericordiae, beatissima Virgo Maria! ego miser et indignus peccator ad te confugio toto corde et affectu, et precor pietatem tuam, ut, sicut dulcissimo Filio tuo in cruce pendenti adstitisti, ita et mihi et

Sacerdotibus omnibus, hic et in tota sancta Ecclesia hodie offerentibus, clementer assistere digneris, ut tua gratia adjuti, dignam et acceptabilem Hostiam in conspectu summae et individuae Trinitatis offerre valeamus. Amen.

GRATIARUM ACTIO POST MISSAM.

Antiph. Trium puerorum cantemus hymnum, quem cantabant Sancti in camino ignis, benedicentes Dominum. (Alleluja.)

Cant. trium puerorum. Dan. 5.

Benedicite omnia opera Domini Domino: laudate et superexaltate eum in saecula.

Benedicite Angeli Domini Domino: benedicite coeli Domino.

Benedicite aquae omnes, quae super coelos sunt, Domino: benedicite omnes virtutes Domini Domino.

Benedicite sol et luna Domino: benedicite stellae coeli Domino.

Benedicite omnis imber et ros Domino: benedicite omnes spiritus Dei Domino.

Benedicite ignis et aestus Domino: benedicite frigus et aestus Domino.

Benedicite rores et pruina Domino: benedicite geli et frigus Domino.

Benedicite glacies et nives Domino: benedicite noctes et dies Domino.

Benedicite lux et tenebrae Domino: benedicite fulgura et nubes Domino.

Benedicat terra Dominum: laudet et superexaltet eum in saecula.

Benedicite montes et colles Domino: benedicite universa germinantia in terra Domino.

Benedicite fontes Domino: benedicite maria et flumina Domino.

Benedicite cete et omnia, quae moventur in aquis, Domino: benedicite omnes volucres coeli Domino.

Benedicite omnes bestiae et pecora Domino: benedicite filii hominum Domino.

Benedicat Israel Dominum: laudet et superexaltet eum in saecula.

Benedicite Sacerdotes Domini Domino: benedicite servi Domini Domino.

Benedicite spiritus et animae justorum Domino: benedicite sancti et humiles corde Domino.

Benedicite Anania, Azaria, Misaël Domino: laudate et superexaltate eum in saecula.

Benedicamus Patrem et Filium cum sancto Spiritu: laudemus et superexaltemus eum in saecula.

Benedictus es, Domine, in firmamento coeli: et laudabilis et gloriosus et superexaltatus in saecula.

PSALM. 150. Laudate Dominum in Sanctis ejus: laudate eum in firmamento virtutis ejus. Laudate eum in virtutibus ejus: laudate eum secundum multitudinem magnitudinis ejus. Laudate eum in sono tubae: laudate eum in psalterio et cithara. Laudate eum in tympano et choro: laudate eum in chordis et organo. Laudate eum in cymbalis bene sonantibus, laudate eum in cymbalis jubilationis: omnis spiritus laudet Dominum. — Gloria Patri. Sicut erat.

Antiph. Trium puerorum cantemus hymnum, quem cantabant Sancti in camino ignis, benedicentes Dominum. (Alleluja.)

Kyrie eleison. Kyrie eleison. Kyrie eleison. Pater noster.

V. Et ne nos inducas in tentationem. R. Sed libera nos a malo. V. Confiteantur tibi, Domine, omnia opera tua. R. Et Sancti tui benedicant tibi. V. Exultabunt Sancti in gloria. R. Laetabuntur in cubilibus suis. V. Non nobis, Domine, non nobis. R. Sed nomini tuo da gloriam. V. Domine, exaudi orationem meam. R. Et clamor meus ad te veniat. V. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Deus, qui tribus pueris mitigasti flammam ignium: concede propitius, ut nos famulos tuos non exurat flamma vitiorum.

Actiones nostras, quaesumus Domine, aspirando praeveneri et adjuvando proseguere: ut cuncta nostra oratio et operatio a te semper incipiat, et per te coepta finiatur.

Da nobis, quaesumus Domine, vitiorum nostrorum flammam extinguere: qui beato Laurentio tribuisti tormentorum suorum incendia superare. Per Christum Dominum nostrum. *R. Amen.*

ORATIONES POST CELEBRATIONEM.

Oratio S. Thomae de Aquino. Gratias tibi ago, Domine sancte, Pater omnipotens, aeternae Deus, qui me peccatorem indignum famulum tuum nullis meis meritis, sed sola dignatione misericordiae tuae satiare dignatus es pretioso Corpore et Sanguine Filii tui, Domini nostri Jesu Christi. Et precor te, ut haec sancta Communio non sit mihi reatus ad poenam, sed intercessio salutaris ad veniam. Sit mihi armatura fidei et scutum bonae voluntatis. Sit vitiorum meorum evacuatio; concupiscentiae et

libidinis exterminatio; charitatis et patientiae, humilitatis et obedientiae, omniumque virtutum augmentatio; contra insidias inimicorum omnium, tam visibilium quam invisibilium, firma defensio; motuum meorum, tam carnalium quam spiritualium, perfecta quietatio; in te uno ac vero Deo firma adhaesio, atque finis mei felix consummatio. Et precor te, ut ad illud ineffabile convivium me peccatorem perducere digneris, ubi tu cum Filio tuo et Spiritu sancto Sanctis tuis es lux vera, satietas plena, gaudium sempiternum, jucunditas consummata et felicitas perfecta. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

Petitiones. Dulcissime amator, Domine Jesu Christe, qui me Corpore tuo immaculato et pretiosissimo Sanguine refecisti: ignosce obsecro indignitati meae, et quicquid deliqui in hujus Missae celebratione, misericorditer indulge. Agnosco enim et confiteor praesumptionem meam, quia ad hoc tremendum mysterium accedere ausus sum sine debita praeparatione, reverentia, humilitate et charitate. Respice in me oculis misericordiae tuae, et supple excessu meritorum tuorum meam nimiam imperfectiorem. Heu! quoties venisti ad me, ut pauperrimam animam meam donis tuis locupletares? Ego autem contemsi te, et abii in regionem dissimilitudinis post prava desideria cordis mei. Cumque inutiliter dissipata omni substantia ad te nudus et fame consumptus reversus sum, tu suscepisti me, et omnium iniquitatum mearum oblitus es. Bonum mihi, quod amasti me amore aeterno et infinito: nisi enim infinita esset bonitas tua, nullo modo posses tolerare miseriam meam. Vincat igitur et absorbeat bonitas tua, malitiam meam. Riga me lacrymis, quas fudisti pro me; unge me myrrha doloris tui; adstringe vinculis, abluc sanguine, cruce erige, morte vivifica. Penetret amor tuus viscera mea, et omnem alienum amorem expellat. Abscedat phantasmatum multitudo, meque totum in te transforma, ut in te pereat omnis substantia mea, meque amplius non inveniam nisi in te. Inprime cordi meo amorem crucis et humiliationis, qui, ut me redimeres, ne uno quidem momento sine cruce esse voluisti. Ne patiaris me sine fructu a te recedere, sed operare mecum mirabilia tua, sicut cum Sanctis operatus es: et fac me ambulare in fortitudine cibi istius usque ad montem perfectionis. Succende me ignita vi amoris tui, ut sim tecum consummatus in unum, omnino abstractus a me ipso et ab omni creatura. Omnibus quoque famulis tuis, pro quibus obtuli hoc Sacrificium et pro quibus orare debeo seu tu rogari vis, da pacem, salutem et tuam benedictionem. Convertite miseros peccatores ad te, revoca haereticos atque schismaticos, illumina infideles te ignorantes. Adesto omnibus, qui in aliqua necessitate et tribulatione consti-

tuti sunt. Esto propitius propinquis et benefactoribus meis. Miserere omnium adversantium mihi, vel qui me aliqua molestia affecerunt. Succurre illis, qui se meis precibus commendaverunt. Da vivis veniam et gratiam, da fidelibus defunctis lucem et requiem sempiternam. Amen.

Oratio ad B. V. Mariam. O sacratissima, o serenissima et inclyta gloriosa Virgo Maria, quae Creatorem omnium creaturarum in tuo sacratissimo utero fuisti digna portare, solaque virginco ubere lactare, cujus veracissimum sacrumque Corpus et Sanguinem ego indignus peccator modo sumere praesumsi: tuam humiliter deprecor misericordiam, ut apud ipsum pro me peccatore intercedere digneris: ut, quicquid in hoc tam ineffabili ac dignissimo Sacrificio per me indignum ignoranter vel negligenter aut accidentaliter seu irreverenter, scilicet in tractando et sumendo ac ministrando, actum est, commissum, vel omissum, tuis sacratissimis precibus indulgere dignetur idem Dominus noster Jesus Christus Filius tuus, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat in saecula saeculorum. Amen.

Conclusio exercitiorum post Missam. Anima Christi sanctifica me, Corpus Christi salva me, Sanguis Christi inebria me, Aqua lateris Christi munda me, Passio Christi conforta me; O bone Jesu exaudi me, Intra vulnera tua absconde me, Et ne permittas me separari a te; Ab hoste maligno defende me, In hora mortis meae voca me, Et jube me venire ad te, Ut cum Sanctis tuis laudem te, In saecula saeculorum. Amen.

Obsecro te, dulcissime Domine Jesu Christe, ut passio tua sit mihi virtus, qua muniar, protegar, atque defendar; vulnera tua sint mihi cibus potusque, quibus pascar, inebriar et delecter; aspersio sanguinis tui sit mihi ablutio omnium peccatorum meorum; mors tua sit mihi gloria sempiterna, et nunc, et in perpetuum. Amen. Recedo a te modicum, Domine Jesu, sed non sine te, o consolatio, felicitas et omne bonum animae meae! et me amplissimae dilectioni tuae cum omnibus fratribus, amicis et inimicis meis humillime commendo. Ama nos, Domine, et transforma quam similime in te. Totus occuper in te et propter te, nihilque sit objectum cogitationum, desideriorum, verborum, actionumque mearum, nisi tu, Amor meus: Qui vivis et regnas etc.

Ante quamvis actionem. Domine Deus, omnium creator et gubernator, in quo vivimus, movemur et sumus, et sine quo nihil possumus! hoc opus, quod adgredior, refero ad gloriam tuam et Filii tui Domini nostri Jesu Christi. Amen.

Post quamvis actionem. Suscipe, benignissime Pater, intervenientibus meritis unigeniti Filii tui Jesu Christi et preci-

bus B. Mariae Virginis et omnium Sanctorum, officium servituti meae: et si quid laude dignum egi, propitius respice; et quod negligentem actum est, clementer ignosce. Amen.

Ante Sacramenti administrationem. Pater misericordiarum et Deus totius consolationis, qui liquorem sacrosissimi Sanguinis Jesu Christi Unigeniti tui, ejusdemque pretiosissimam mortem ac merita universa in sanctissimis Sacramentis velut in vasis aureis recondere, et mihi velut dispensatori tantorum mysteriorum concedere dignatus es: obsecro te per eadem divina mysteria, ut non respicias indignitatem et peccata mea, sed fidem Ecclesiae tuae, cujus indignus sum minister, ejusque amore gratia tua me indignum faciat dignum, de peccatore justum et sanctum, quatenus munda munde et sancta sancte tractare, indeque fructum illum specialem, quem tu in admirabilibus illis mysteriis digne utentibus conferre dignaris, mihi et aliis copiose valeam obtinere; per ipsummet, qui sese ac gratiam suam nobis in haece vasis tam liberaliter communicat, Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia saecula saeculorum. Amen.

Post Sacramenti administrationem. Domine Jesu Christe, dulcis amator et sanctificator animarum! gratias tibi ago pro omnibus donis et bonis mihi paterne concessis, praesertim, quod mihi indigno ministro tuo in hujus Sacramenti administratione tuis auxiliis assistere volueris. Obsecro te, si quid in munere meo sive per negligentiam sive per ignorantiam peccaverim, pro tua pietate et infinita misericordia supplere digneris. Commendo in tua amabilissima vulnera animas omnium fidelium, quos tuo pretioso Sanguine sanctificasti, hujus praecipue famuli tui (famulae tuae) animam, quam modo per gratiae tuae Sacramentalem infusionem sanctificasti: custodi eam a peccatis, et in tuo amore conserva, ut in virtutibus indes magis proficiat, atque ad vitam perducat aeternam. Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia saecula saeculorum. Amen.

Oratio audituri confessiones. *V.* Cor mundum crea in me, Deus. *R.* Et spiritum rectum innova in visceribus meis. *V.* Ne proicias me a facie tua. *R.* Et Spiritum sanctum tuum ne auferas a me. *V.* Redde mihi laetitiam salutaris tui. *R.* Et Spiritu principali confirma me. *V.* Docebo iniquos vias tuas. *R.* Et impii ad te convertentur. *V.* Libera me de sanguinibus, Deus, Deus salutis meae. *R.* Et exultabit lingua mea justitiam tuam.

OREMUS. Domine Deus omnipotens, propitius esto mihi peccatori, ut digne possim tibi gratias agere, qui me indignum,

propter magnam tuam misericordiam, ministrum fecisti officii sacerdotalis, et mediatorem constituisti ad orandum et intercedendum ad Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum pro peccatoribus et ad poenitentiam revertentibus. Ideoque Dominator Domine, qui omnes homines vis salvos fieri et ad agnitionem veritatis venire, quique non vis mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat: suscipe orationem meam, quam fundo pro famulis et famulabus tuis, qui ad poenitentiam venerunt, ut des illis spiritum compunctionis, quo respiscant a diaboli laqueis, quibus adstricti tenentur; ut ad te per dignam satisfactionem revertantur. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

Oratio post confessiones auditas. Domine Deus, qui non vis mortem peccatorum, sed magis ut convertantur et vivant: ne despicias sacrificium spiritus contribulati, cordis contriti et humiliati, quod offerunt tibi poenitentes isti, jurantes et statuentes custodire omnia judicia justitiae tuae; sed confirma hoc, quod operatus es in nobis, solvens tu ipse in coelis, quod in nomine tuo solvi in terris, et perficiens magis ac magis in timore et amore tuo sanctificationem eorum, quos dudum errantes Pastor sollicite quaesisti, et in humeris tuis reduxisti, ne fiant novissima eorum, revertente diabolo illuc unde exivit, pejora prioribus. Vide, Pater, desolationem cordis eorum; misericordia moveare super eos; cito profer et indue illos stolam primam, ut mereantur epulari et manducare tecum. — O qui gaudetis, Angeli Dei in coelis, super his peccatoribus poenitentiam agentibus, orate continuo pro ipsis, ut in novitate vitae ambulent. Orate etiam pro me, ut defectus a me commissi mihi remittantur, et ut auditis non maculer, sed considerans memet ipsum semper vigilem in orationibus, quoniam ipse circumdatus sum infirmitate. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

EXERCITIUM CONFESSIONIS.

Ante examen conscientiae. Domine Deus, qui illuminas omnem hominem venientem in hunc mundum: illumina, quae so, splendore gratiae cor meum, ut sufficienter cognoscam defectus et peccata mea, eaque cum vero cordis dolore ac contritione confitear, sicut oportet, coram te et Sacerdote ministro tuo, ac plene pro iisdem satisfaciam, eademque emendem ad laudem et gloriam tuam et salutem animae meae.

Conscientia discussa. Conditor coeli et terrae, Rex regum et Dominus dominantium, qui me de nihilo fecisti ad imaginem tuam, ac proprio tuo sanguine redemisti, et quem ego

peccator non sum dignus nominare, nec invocare, nec corde cogitare: te suppliciter deprecor et humiliter exoro, ut clementer respicias me servum tuum nequam. Misere mei, qui miserus fuisti mulieris chanaanæ et Mariæ Magdalenæ, pepercisti Publicano et Latroni in cruce pendenti. Tibi confiteor, piissime Deus, peccata mea: quæ si voluero abscondere tibi, non possum. Parce mihi, Christe, quem ego multum offendi cogitando, loquendo, operando, mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa. Ideo, Domine, precor tuam clementiam, qui de coelo pro salute mea descendisti; qui David a peccati lapsu erexisti, parce mihi Christo, qui Petro te neganti pepercisti. Tu es Creator meus et Redemptor meus, Dominus meus et Salvator meus, Rex meus et Deus meus. Tu es spes et fiducia mea, gubernatio et auxiliatio mea, consolatio et fortitudo mea, defensio et liberatio mea, vita et resurrectio mea, lumen et desiderium meum, adjutorium et patrociniū meum. Te deprecor et rogo; adjuva me, et salvus ero; gubernā me, et defende me; conforta me, et consolare me; confirma me, et lactifica me; illumina me, et visita me. Suscita me mortuum, quia factura tua et opus tuum sum. Domine, ne despicias me, quia famulus et servus tuus sum, quamvis malus, quamvis indignus et peccator; sed qualiscunque sim, sive bonus, sive malus, semper tuus sum. Ad quem ergo fugiam, nisi ad te? Si tu me ejicis, quis me recipiet? Si tu me despicias, quis me aspiciet? Recognosce me ergo indignum ad te refugientem, quamvis sim vilis et immundus: quia si vilis et immundus sum, potes me mundare; si caecus sum, potes me illuminare; si infirmus sum, potes me sanare; si mortuus et sepultus sum, potes me suscitare: quia major est misericordia tua quam exiguitas mea, major est pietas tua quam impietas mea; plus potes dimittere, quam ego committere, et plus parcere, quam ego peccator peccare. Dic animæ meæ: Salus tua ego sum! qui dixisti: Nolo mortem peccatoris, sed magis, ut convertatur et vivat. Convertē me Domine ad te, et noli irasci contra me. Deprecor te, clementissime Deus; propter misericordiam tuam supplico et exoro, ut perducas me ad bonum finem, et ad veram poenitentiam, puram confessionem, et dignam satisfactionem omnium peccatorum meorum. Amen.

Actus contritionis. Domine Jesu Christe, verus Deus et homo, Creator et Redemptor meus! Poenitet me ex toto corde, quod offenderim te Dominum et Deum meum. Quem amo super omnia. Et propono firmiter, amplius non peccare, omnesque peccandi occasiones devitare, confiteri, et implere poenitentiam, quæ mihi fuerit injuncta. Et in satisfactionem peccatorum meorum offero tibi sacratissimam vitam, passionem

ac mortem tuam, totumque pretium Sanguinis tui pro nobis effusi merita quoque beatæ Mariæ semper Virginis et omnium Sanctorum, atque omnia opera mea et totam vitam meam. Et confido in bonitate et misericordia tua infinita, quod per merita pretiosi Sanguinis tui mihi remissurus sis omnia delicta mea. Et gratiam uberem largiturus, qua vitam sancte instituire, tibi que perfecte usque in finem servire valeam. Qui cum Patre sanetoque Spiritu vivis et regnas Deus in saecula benedictus. Amen.

Ingressurus confessionale dicas: Ecce Domine, ego vilis peccator, pauper, malus et indignus, venio ad te superfluentem abyssum pietatis, ut laver ab omni macula, et munder ab omni peccato. Amen.

POST CONFESIONEM.

PSALM. 102. Benedic anima mea Domino: et omnia, quæ intra me sunt, nomini sancto ejus. Benedic anima mea Domino: et noli oblivisci omnes retributiones ejus. Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis: qui sanat omnes infirmitates tuas. Qui redimit de interitu vitam tuam: qui coronat te in misericordia et miserationibus. Qui replet in bonis desiderium tuum: renovabitur ut aquilæ juvenus tua. Faciens misericordias Dominus, et judicium omnibus injuriam patientibus. Notas fecit vias suas Moysi, filiis Israel voluntates suas. Miserator et misericors Dominus: longanimis et multum misericors. Non in perpetuum irascetur: neque in æternum comminabitur. Non secundum peccata nostra fecit nobis: neque secundum iniquitates nostras retribuit nobis. Quoniam secundum altitudinem cœli a terra, corroboravit misericordiam suam super timentes se. Quantum distat Ortus ab Occidente: longe fecit a nobis iniquitates nostras. Quomodo miseretur pater filiorum, misertus est Dominus timentibus se: quoniam ipse cognovit signum nostrum. Recordatus est, quoniam pulvis sumus: homo sicut foenum dies ejus, tanquam flos agri sic effloret. Quoniam spiritus pertransibit in illo, et non subsistet: et non cognoscat amplius locum suum. Misericordia autem Domini ab æterno, et usque in æternum super timentes eum. Et justitia illius in filios filiorum, his qui servant testamentum ejus, et memores sunt mandatorum ejus ad faciendum ea. Dominus in coelo paravit sedem suam: et regnum ipsius omnibus dominabitur. Benedicite Domino omnes Angeli ejus, potentes virtute facientes verbum illius, ad audendam vocem sermonum ejus

Benedicite Domino omnes virtutes ejus: ministri ejus, qui facitis voluntatem ejus. Benedicite Domino omnia opera ejus in omni loco dominationis ejus: benedic omnia mea Domino. Gloria Patri et Filio: et Spiritui sancto. Sicut erat in principio, et nunc, et semper: et in saecula saeculorum. Amen.

Oratio. Gratias ago tibi, Domine Pater et dux vitae meae, quia non secundum peccata mea fecisti mihi. sed superexaltasti misericordiam judicio, et projecisti in profundum maris omnia delicta mea. Atque utinam possem tantam in me contritionem excitare, quantum habuerunt pro peccatis suis s. Propheta David, vir secundum cor tuum, s. Petrus Princeps Apostolorum, ac reliqui poenitentes: quam libenter totus in lacrymas diffunderem, donec lavarentur iniquitates meae, et ostenderes mihi placatum vultum tuum! Sed facta est anima mea sicut terra sine aqua tibi, et aruit sicut testa virtus mea; cumque omni virtute destitutus sim, hoc solum habeo residui, ut oculos meos extollam ad Redemptorem meum, ejusque lacrymas offeram tibi, quas ille pro me uberrime effudit, ut iis placatus aperias mihi januas misericordiae tuae, et suscipias me servum fugitivum venientem ad te et ab inimicis fugientem. Respice in me et miserere mei, Domine patiens et misericors, loquere ad petram cordis mei et percutite virga virtutis tuae, ut fluant aquae compunctionis, aquae salutare, quibus sanabitur et dealbabitur anima mea. Confirma hoc, quod operatus es in me, tibi gratia et accepta sit confessio mea, atque omnem ejus defectum suppleat pietas tua. Misericordiam tuam imploro, et veniam postulo cum inviolabili proposito deinceps non peccandi, et studio virtutum sedulo incumbendi, te mihi vires subministrante, qui non deseris sperantes in te. Ne patiaris diutius me vagari post vanitatem vitae hujus; transeunt enim dies et dies, anni et anni, et ecce nihil proficio. Convertere ergo et deprecabilis esto super me indignissimum servum tuum, et noli sic attendere malum meum, ut obliviscaris bonum tuum: nam si ego commisi, unde me damnare potes, tu non amisisti, unde me salves et recipias in gratiam tuam, Deus meus, adjutor meus. Qui vivis et regnas in saecula saeculorum. Amen.

Alia Oratio. Benignissime Jesu, per cordis tui contritiones et tuae passionis meritum supplere digneris omnem defectum contritionis meae et confessionis: et concede, ut diligentius solito peccata omnia et eorum occasiones fugiam. Quod, in tua gratia confidens, firmiter propono, eligens potius quodlibet malum aut damnum subire et perpeti, quam scienter et ex proposito te offendere, voluntatemque tuam vel in minimo transgredi, Adjuva

me, Domine Deus meus, quia sine te nihil possum. Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia saecula saeculorum. Amen.

SEPTEM PSALMI POENITENTIALES.

Antiph. Ne reminiscaris.

PSALM. 6. Domine, ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripas me. Miserere mei Domine, quoniam infirmus sum: sana me Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea. Et anima mea turbata est valde: sed tu Domine usquequo? Convertere Domine, et eripe animam meam: salvum me fac propter misericordiam tuam. Quoniam non est in morte, qui memor sit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi? Laboravi in gemitu meo, lavabo per singulas noctes lectum meum: lacrymis meis stratum meum rigabo. Turbatus est a furore oculus meus: inveteravi inter omnes inimicos meos. Discedite a me omnes, qui operamini iniquitatem: quoniam exaudivit Dominus vocem fletus mei. Exaudivit Dominus deprecationem meam: Dominus orationem meam suscepit. Erubescant et conturbentur vehementer omnes inimici mei: convertantur et erubescant valde velociter. — Gloria Patri. Sicut erat.

PSALM. 31. Beati, quorum remissae sunt iniquitates: et quorum tecta sunt peccata. Beatus vir, cui non imputavit Dominus peccatum: nec est in spiritu ejus dolus. Quoniam tacui, in-

veteraverunt ossa mea: dum clamarem tota die. Quoniam die ac nocte gravata est super me manus tua: conversus sum in aerumna mea, dum configurat spina. Delictum meum cognitum tibi feci: et iniquitatem meam non abscondi. Dixi, Confitebor adversum me iniquitatem meam Domino: et tu remisisti impietatem peccati mei. Pro hac orabit ad te omnis sanctus: in tempore opportuno. Verumtamen in diluvio aquarum multarum: ad eum non approximabunt. Tu es refugium meum a tribulatione, quae circumdedit me: exultatio mea erit me a circumdantibus me. Intellectum tibi dabo, et instruat te in via hac, qua gradieris: firmabo super te oculos meos. Nolite fieri sicut equus et mulus: quibus non est intellectus. In campo et freno maxillas eorum constringe: qui non approximant ad te. Multa flagella peccatoris: sperantem autem in Domino misericordia circumdabit. Lactamini in Domino, et exultate justi: et gloriamini omnes recti corde. — Gloria Patri. Sicut erat.

PSALM. 37. Domine, ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripas me. Quoniam

sagittae tuae infixae sunt mihi: et confirmasti super me manum tuam. Non est sanitas in carne mea a facie irae tuae; non est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum. Quoniam iniquitates meae supergressae sunt caput meum: et sicut onus grave gravatae sunt super me. Pueruerunt et corruptae sunt cicatrices meae: a facie insipientiae meae. Miser factus sum, et curvatus sum usque in finem: tota die contristatus ingrediebar. Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus: et non est sanitas in carne mea. Afflictus sum et humiliatus sum nimis: rugiebam a gemitu cordis mei.

Domine, ante te omne desiderium meum: et gemitus meus a te non est absconditus. Cor meum conturbatum est, dereliquit me virtus mea: et lumen oculorum meorum, et ipsum non est mecum. Amici mei et proximi mei: adversum me appropinquaverunt et steterunt. Et qui juxta me erant, de longe steterunt: et vim faciebant, qui quaerebant animam meam. Et qui inquirebant mala mihi, locuti sunt vanitates: et dolos tota die meditabantur. Ego autem tanquam surdus non audiebam: et sicut mutus non aperiens os suum. Et factus sum sicut homo non audiens: et non habens in ore suo redargutiones. Quoniam in te Domine speravi: tu exaudies me Domine Deus meus. Quia dixi: Nequando supergaudeant mihi inimici mei: et dum commoventur pedes mei,

super me magna locuti sunt. Quoniam ego in flagella paratus sum: et dolor meus in conspectu meo semper. Quoniam iniquitatem meam annuntiabo: et cogitabo pro peccato meo. Inimici autem mei vivunt, et confirmati sunt super me: et multiplicati sunt, qui oderunt me inique. Qui retribuunt mala pro bonis, detrahebant mihi: quoniam sequebar bonitatem. Ne derelinquas me, Domine Deus meus: ne discesseris a me. Intende in adjutorium meum: Domine Deus salutis meae. — Gloria Patri. Sicut erat.

PSALM. 50. Miserere mei Deus etc. vide supra pag. 130.

PSALM. 101. Domine exaudi orationem meam: et clamor meus ad te veniat. Non avertas faciem tuam a me: in quacunque die tribulor, inclina ad me aurem tuam. In quacunque die invocavero te: velociter exaudi me. Quia defecerunt sicut fumus dies mei: et ossa mea sicut cremum aruerunt. Percussus sum ut foenum, et aruit cor meum: quia oblitus sum comedere panem meum. A voce gemitus mei: adhaesit os meum carni meae. Similis factus sum pellicano solitudinis: factus sum sicut nycticorax in domicilio. Vigilavi: et factus sum sicut passer solitarius in tecto. Tota die exprobrabant mihi inimici mei: et qui laudabant me, adversum me jurabant. Quia cinerem tanquam panem manducabam: et potum meum cum fletu miscebam. A

facie irae et indignationis tuae: quia elevans allisisti me. Dies mei sicut umbra declinaverunt: et ego sicut foenum arui. Tu autem Domine in aeternum permanes: et memoriale tuum in generationem et generationem. Tu exurgens misereberis Sion: quia tempus miserendi ejus, quia venit tempus. Quoniam placuerunt servis tuis lapides ejus: et terrae ejus miserebuntur. Et timebunt Gentes nomen tuum Domine: et omnes reges terrae gloriam tuam. Quia aedificavit Dominus Sion: et videbitur in gloria sua. Respexit in orationem humilium: et non sprevit precem eorum. Scribantur haec in generatione altera: et populus, qui creabitur, laudabit Dominum. Quia prospexit de excelso sancto suo: Dominus de coelo in terram aspexit. Ut audiret gemitus compeditorum: ut solveret filios interentorum. Ut annuntient in Sion nomen Domini: et laudem ejus in Jerusalem. In conveniendo populos in unum: et reges, ut serviant Domino. Respondit ei in via virtutis suae: Paucitatem dierum meorum nuntia mihi. Ne revoces me in dimidio dierum meorum: in generationem et generationem anni tui. Initio tu Domine terram fundasti: et opera manuum tuarum sunt coeli. Ipsi peribunt, tu autem permanes: et omnes sicut vestimentum veterascent. Et sicut opertorium mutabis eos, et mutabuntur: tu autem idem ipse es, et anni tui

non deficient. Filii servorum tuorum habitabunt: et semen eorum in saeculum dirigetur. — Gloria Patri. Sicut erat.

PSALM. 129. De profundis clamavi etc. vide supra pag. 128.

PSALM. 142. Domine, exaudi orationem meam: auribus percipe obsecrationem meam in veritate tua: exaudi me in tua justitia. Et non intres in iudicium cum servo tuo: quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens. Quia persecutus est inimicus animam meam: humiliavit in terra vitam meam. Collocavit me in obscuris sicut mortuos saeculi: et anxiosus est super me spiritus meus, in me turbatum est cor meum. Memor fui dierum antiquorum, meditatus sum in omnibus operibus tuis: in factis manuum tuarum meditabar. Expandi manus meas ad te: anima mea sicut terra sine aqua tibi. Velociter exaudi me Domine: defecit spiritus meus. Non avertas faciem tuam a me: et similis ero descendentibus in lacum. Auditam fac mihi mane misericordiam tuam: quia in te speravi. Notam fac mihi viam, in qua ambulem: quia ad te levavi animam meam. Eripe me de inimicis meis Domine, ad te confugi: doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam: propter nomen tuum Domine vivificabis me, in aequitate tua. Educas de tribulatione animam meam: et in misericordia tua

disperdes inimicos meos. Et vus tuus sum. — Gloria Patri, perdes omnes, qui tribulant animam meam: quoniam ego ser-

Antiph. Ne reminiscaris Domine delicta nostra vel parentum nostrorum: neque vindictam sumas de peccatis nostris.

DEVOTIONES ERGA SS. EUCHARISTIAE SACRAMENTUM.

Salutatio Ss. altaris Sacramenti. Salve nobilissimum Corpus et pretiosissime Sanguis Domini mei Jesu Christi sub hac panis specie vere praesens! Te adoro tali cultu et devotione, qua novem Angelorum chori te adorant et colunt. Coram te procido in spiritu humilitatis, credens et confitens, quod tu, Dominus meus ac Deus meus, vere hic continearis.

Salve nobilissimum Corpus Salvatoris mei Jesu Christi, vera Hostia in Cruce immolata. Adoro te in unione istius adorationis, qua Humanitas tua adoravit Divinitatem: et cum affectu totius universitatis ago tibi gratias, quod pro salute nostra hic delitescere digneris.

Salve pie Jesu, Verbum Patris, splendor gloriae, fons pietatis, salus mundi, sacra Hostia. Salve Jesu Christe, princeps pacis, janua coeli, panis vivus, Virginis partus, vas Deitatis.

Credo firmissime, quod tu, Deus meus, hic praesens sis, meque ex hoc Sacramento intuearis atque intima cordis mei perspicias. Credo, quod sub hac panis specie non solum Caro et Sanguis tuus, verum etiam Deitas et Humanitas tua contineantur. Quod licet intelligere nequeam, adeo tamen firmiter credo, quod vitam et sanguinem meum pro ea veritate profundere paratus sim.

Glorifico et magnifico sapientem et benignam omnipotentiam tuam: laudo et adoro omnipotentem et benignam sapientiam tuam; benedico et gratias ago omnipotenti et sapienti benignitati tuae, Christe Jesu, quod dignatus es in salutis nostrae subsidium hoc praemagnificum Sacramentum instituire.

O Jesu Christe, dulcis et unicus amor meus! oculis piissimae misericordiae tuae respice me indignissimum humiliter coram te prostratum, atque peccatorum meorum veniam toto corde poscentem. Per ineffabilem amorem praedulcissimi Cordis tui miserere mei, et recipe me in gratiam tuam, propter gloriam nominis tui.

O Pater amantissime! offero tibi hunc dilectum Filium tuum in perpetuae laudis tuae holocaustum, et in propitiationis pecca-

torum nostrorum juge sacrificium. Respice, quaeso, in faciem Christi tui; memento illius copiosissimae satisfactionis, quam tibi pro peccatis nostris pendit in Cruce, et miserere nostri.

Commendo me tibi, o bone Jesu; intra mellifluum Cor tuum absconde me, nec permitte, me in aeternum separari a te. Sis mihi in vita solatium, in morte viaticum, in aeternitate praedium. Id rogo te pro me et omnibus amicis meis, per lacrymas, sudorem et sanguinem tuum.

Benedic mihi, Domine Jesu, cum Patre et sancto Spiritu, ubi remque largire gratiam, amplectendi semper et in omnibus, nunc et in hora mortis, tuam sanctissimam voluntatem. Amen.

I. Hymnus eucharisticus. Pange lingua gloriosi Corporis mysterium, Sanguinisque pretiosi, Quem in mundi pretium Fructus ventris generosi Rex effudit gentium!

Nobis datus, nobis natus Ex intacta Virgine, Et in mundo conversatus Sparso verbi semine, Sui moras incolatus Miro clausit ordine.

In supremae nocte coenae Recumbens cum fratribus, Observata lege plene Cibis in legalibus, Cibum turbae duodenae Se dat suis manibus.

Verbum-Caro panem verum Verbo Carnem efficit, Fitque Sanguis Christi merum: Et si sensus deficit, Ad firmandum cor sincerum Sola fides sufficit.

Tantum ergo Sacramentum Veneremur cernui: Et antiquum documentum Novo cedat ritui: Praestet fides supplementum Sensuum defectui.

Genitori Genitoque Laus et jubilatio, Salus, honor, virtus quoque Sit et benedictio: Procedenti ab utroque Compar sit laudatio. Amen.

Antiph. O sacrum Convivium, in quo Christus sumitur, recollitur memoria Passionis ejus, mens impletur gratia, et futurae gloriae nobis pignus datur!

V. Panem de coelo praestitisti eis. *R.* Omne delectamentum in se habentem.

OREMUS. Deus, qui nobis sub Sacramento mirabili Passionis tuae memoriam reliquisti: tribue quaesumus, ita nos Corporis et Sanguinis tui sacra mysteria venerari, ut redemptionis tuae fructum in nobis jugiter sentiamus. Qui vivis et regnas in saecula saeculorum. *R.* Amen.

II. Adoro te devote, latens Deitas, Quae sub his figuris vere latitas. Tibi se cor meum totum subjicit, Quia te contemplans, totum deficit.

Visus, tactus, gustus in te fallitur, Sed auditu solo tuto credi-

tur. Credo, quidquid dixit Dei Filius; Nil hoc veritatis verbo verius.

In cruce latebat sola Deitas: At hic latet simul et humanitas. Ambo tamen credens atque confitens, Peto, quod petivit latro poenitens.

Plagas, sicut Thomas, non intueor: Deum tamen meum te confiteor. Fac me tibi semper magis credere, In te spem habere, te diligere.

O memoriale mortis Domini, Panis vivus, vitam praestans homini! Praesta meae menti de te vivere, Et te illi semper dulce sapere.

Pie Pellicane, Jesu Domine! Me immundum munda tuo Sanguine, Cujus una stilla salvum facere Totum mundum quit ab omni scelere.

Jesu, quem velatum nunc aspicio, Oro, fiat illud, quod tam sitio: Ut te revelata cernens facie, Visu sim beatus tuae gloriae. Amen.

Antiph. Hic est panis, qui de coelo descendit. Non sicut manducaverunt patres vestri manna et mortui sunt, Qui manducat hunc panem, vivet in aeternum.

V. Edent pauperes, et saturabuntur.

R. Vivent corda eorum in saeculum saeculi.

OREMUS. Domine Deus, qui transiturus ex hoc mundo ad Patrem, in Sacramento amoris tui nobiscum remanere voluisti: concede, quaesumus, ut te velatum adorantes in terris, revelata facie contemplari mereamur in coelis. Qui vivis et regnas in saecula saeculorum. *R.* Amen.

ORATIONES AD SS. TRINITATEM.

Adoratio Ss. Trinitatis. O summa Trinitas, una Virtus, indiscreta Majestas, unus Deus in substantia, trinus in Personis, numerabiliter innumerabilis, mensurabiliter immensurabilis, invisibilis, ineffabilis, admirabilis, incomprehensibilis, inpercrutabilis, Deus magnus sine quantitate, sine qualitate bonus, sine tempore sempiternus, sine situ ubique praesens, sine loco ubique totus, omnia implens sine extensione, sine indigentia omnia creans, sine motu omnia movens: in magnitudine infinitus, summus in bonitate, in virtute omnipotens, in sapientia inaestimabilis, terribilis in consiliis, in verbis verax, in operibus sanctus, justus in judiciis, in misericordia patientissimus erga delinquentes, piissimus erga poenitentes: cui nec praeterita transeunt, nec futura succedunt: cui nec origo initium dedit, nec tem-

pora dant incrementum: quem nec spatia dilatant, nec voluntas variat, nec moesta perturbant, nec laeta demulcent! Deus sancte sanctorum, Deus spirituum et cunctae carnis, a cujus conspectu tremit coelum et terra, cujus nutui obediunt elementa: vita vivificans me, lumen illuminans me! aperi mihi clamanti portas justitiae, et ingressus in eas confitebor tibi. Te adoro, te laudo, te glorifico labiis et corde, omnique qua valeo virtute te benedico: et procumbens humiliter sub pedibus magnificentiae tuae gratias ago tibi, quia per illustrationem gratiae tuae illuminasti me, et per matris Ecclesiae documenta in fide tua confirmasti me. Et unde hoc mihi, factor coeli et terrae, qui bonorum meorum non eges, unde mihi hoc, quod amasi me? Quid tibi dedi, et retribuisti? Ubi eram, antequam fierem, et ut inciperem bonum? Sed tua gratia factus sum, et innumerabilibus donis tuis ornatus sum. Perfice ergo me, qui fecisti me; perfice usque ad formam plenam imaginis tuae et similitudinis, ad quam formasti me.

Te invoco, o beata Trinitas! ut venias in me, et templum me facias dignum gloriae tuae. Rogo Patrem per Filium, rogo Filium per Patrem, rogo Spiritum sanctum per Patrem et Filium, ut omnia vitia elongentur a me, et omnes sanctae virtutes plantentur in me. Deus immense, a quo omnia, et per quem omnia facta sunt! custodi me, opus manuum tuarum, in te sperantem et in tua solummodo misericordia confidentem; custodi me, quaeso, hic et ubique, nunc et semper, ita ut in me nullus pateat locus insidiis inimicorum. Ad te, beatissima Trinitas! anima mea suspirat, quoniam a te infeliciter exulat. Discedens a te, quantis se intricavit erroribus, doloribus, timoribus! Cor meum conturbatum est, et inde dolor: dereliquit me virtus mea, et inde pavor: lumen oculorum meorum non est mecum, et inde error. Verumtamen in te speravi, Domine, quoniam adhuc confitebor tibi, cum error videlicet a ratione, a voluntate dolor, atque a memoria timor omnis recesserit, et successerit illa, quam spero, mira serenitas, plena suavitas, aeterna securitas.

Aeternae Pater, ingenite, innascibilis, principium sine principio, auctor bonorum, fons deitatis, ac totius entitatis origo! Deitas tua me totum repleat, ejusque gloriae participem faciat, quam Filius tuus mihi promeruit: sanctifica me in veritate, et tui praesentia imple memoriam meam, ut cum timore et tremore semper stem in conspectu tuo, nec unquam mens mea a te avertat. Fili unigenite, non posterior nec minor Patre, eique omnino coequalis et consubstantialis, Deus de Deo, lumen de lumine, candor lucis aeternae, Verbum incarnatum, virtus omnipotens, sapientia quae ex ore Altissimi prodiisti, imago Patris, splendor gloriae et figura substantiae ejus! illumina intellectum

meum, robora infirmitatem meam, ut te cognoscam et diligam, et tanquam unicum praesidium meum omnibus praeferam. Sanctissime Spiritus, a Patre et a Filio procedens, utriusque amor et arcissimum vinculum, charitas essentialis et totius charitatis principium, ignis consumens, flamma vitalis, donum superans omne donum, a quo omnia bona in nos descendunt! inflamma voluntatem meam ferventissimo tui amore et constanti charitate, ut te solum quaeram, et universa despiciam; adstringe me tibi et Patri ac Filio, ut nec intellectu, nec affectu a vobis divellar. Sancta et adoranda Trinitas, Deus meus et omne bonum meum! abrenuntio propter te omnibus mundi pompis et honoribus; detestor omnem carnis et sensuum voluptatem; anathema divitiis et vanitatibus saeculi. Gloria mea haec sit, pro te contemni; mea voluptas, tibi adhaerere; meae divitiae, tibi servire in saecula saeculorum. Amen.

Oratio Papae Clementis XI. Credo Domine, sed credam firmitus: spero Domine, sed sperem securius; amo Domine, sed amem ardentius; doleo Domine, sed doleam vehementius.

Adoro te ut primum principium; desidero te ut finem ultimum; laudo te ut benefactorem perpetuum; invoco te ut defensorem propitium.

Tua me sapientia dirige, justitia contine, clementia solare, potentia protege.

Consecro tibi cogitanda, ut sint a te; dicenda, ut sint de te; facienda, ut sint secundum te; ferenda, ut sint propter te.

Volo, quidquid vis; volo, quia vis; volo, quomodo vis; volo, quamdiu vis.

Oro te, ut intellectum meum illumines, voluntatem inflammes, corpus emendes, animam sanctifices.

Defleam praeteritas iniquitates; repellam futuras tentationes; corrigam vitiosas propensiones; excolam idoneas virtutes.

Tribue mihi, bone Deus, amorem tui, odium mei; zelum proximi, contemptum saeculi.

Studeam superioribus obedire, inferioribus subvenire, amicis consulere, inimicis parcere.

Vincam voluptatem austeritate, avaritiam largitate, iracundiam lenitate, tepiditatem virtute.

Redde me prudentem in consiliis, constantem in periculis, patientem in adversis, humilem in prosperis.

Fac, Domine, ut sim in oratione attentus, in epulo sobrius, in munere sedulus, in proposito firmus.

Curem habere innocentiam interiorum, modestiam exteriorum, conversationem exemplarem, vitam regularem.

Assidue invigilem naturae demandae, gratiae fovendae, legi servandae, saluti acquirendae.

Discam a te, quam tenue sit quod terrenum est, quam grande quod divinum, quam breve quod temporaneum, quam durabile quod aeternum.

Da, ut mortem praevieniam, iudicium pertimeam, infernum effugiam, paradysum obtineam. Amen.

Oratio S. Ignatii. O Deus! ego amo te, Nam prior tu amasti me, En libertate privo me, Ut sponte vincetus sequar te.

Nil suggerat memoria, Nisi de tua gloria: Nil intellectus sapiat, Praeterquam ut te capiat.

Protestor nihil velle me, Nisi quod sciam velle te: Quae dono tuo mea sunt, Haec dono meo tua sunt.

A te accepi, recipe; Quid iis velis, praecipe: Guberna, sicut scis et vis; Nam scio, quod amator sis.

Amore solo dona me, Ut ego quoque amem te Et vigil et per somnia: Haec dando dabis omnia.

Suspirium S. Xaverii. O Deus! ego amo te: Nec amo te, ut salves me, Aut quia non amantes te Aeterno punis igne. Tu, tu, mi Jesu, totum me Amplexus es in cruce: Tulisti clavos, lanceam, Multamque ignominiam, Innumeros dolores, Sudores et angores, Ac mortem, et haec propter me, Ac pro me peccatore. Cur igitur non amem te, O Jesu amantissime? Non ut in coelo salves me, Aut ne aeternum damnes me, Nec praemii ullius spe, Sed sicut tu amasti me, Sic amo et amabo te, Solum quia Rex meus es, Et solum quia Deus es.

Hymnus de S. Spiritu. Veni Creator Spiritus, Mentem tuorum visita, Imple superna gratia, Quae tu creasti pectora.

Qui diceris Paraclitus, Altissimi donum Dei, Fons vivus, ignis, charitas, Et spiritalis unctio.

Tu septiformis munere, Digitus paternae dexteratae, Tu rite promissum Patris, Sermone ditans guttura.

Accende lumen sensibus, Infunde amorem cordibus, Infirma nostri corporis Virtute firmans perpeti.

Hostem repellas longius, Pacemque dones protinus; Ductore sic te praevio Vitemus omne noxium.

Per te sciamus da Patrem, Noscamus atque Filium, Teque utriusque Spiritum Credamus omni tempore.

Deo Patri sit gloria, Et Filio qui a mortuis Surrexit, ac Paraclito In saeculorum saecula. Amen.

Antiph. Veni sancte Spiritus, reple tuorum corda fidelium, et tui amoris in eis ignem accende (qui per diversitatem linguarum cunctarum gentes in unitate fidei congregasti).

V. Emitte Spiritum tuum, et creabuntur. *R.* Et renovabis faciem terrae.

OREMUS. Deus, qui corda fidelium sancti Spiritus illustratione docuisti: da nobis in eodem Spiritu recta sapere, et de ejus semper consolatione gaudere. Per Christum Dominum nostrum.

Ad renovandam gratiam ordinationis. Omnipotens Deus, qui non meis meritis, sed unica gratia tua posuisti in me verbum reconciliationis, et pro Christo legatione et sacerdotio ejus fungi tribuisti: resuscita in me (et in omnibus ministris tuis) gratiam, quam dedisti nobis cum impositione manuum Presbyterii. Fac me dignum tuis altaribus ministrum, fidelem et prudentem dispensatorem mysteriorum tuorum, tamque sanctum, irreprehensibilem et placentem tibi mediatorem inter te et populum, ut semper placeam et exaudias me. Combure me zelo gloriae tuae ac meae et omnium hominum salutis (eorum inprimis, quos commisisti mihi). Attendam lectioni, exhortationi et doctrinae; mundum odiam et fugiam, diligam vero solitudinem; duc animam meam in eam, ibi loquere ad cor meum, et doce me quid primus faciam et alios doceam. Utque mihi et illis necessarium gratiae tuae auxilium obtineam, fac me virum desideriorum et orationis continuae. Sacrificia mea consumantur et placeant tibi, Domine, quotidie; jugi mortificatione carnis et spiritus immoler ipse supra sacrificium, gestemque in pectore meo iudicium omnium in conspectu tuo semper, ut mihi et illis, quidquid scis opus esse, concedas. Per summum Pontificem nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in saecula saeculorum. Amen.

S. Augustini desiderium vitae coelestis. Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te, Deus. Sitivit anima mea ad Deum fontem vivum: quando veniam et apparebo ante faciem tuam? O fons vitae, vena aquarum viventium! quando veniam ad aquas dulcedinis tuae de terra deserta, invia et inaquosa, ut videam virtutem et gloriam tuam, et satiem ex aquis misericordiae tuae sitim meam? Sitio, Domine; fons vitae es, satia me. Sitio, Domine, sitio te Deum vivum. O quando veniam et apparebo, Domine, ante faciem tuam? Pustasne, video diem illam, diem, inquam, jucunditatis et laetitiae, diem, quam fecit Dominus, et exultemus et laetemur in ea? O dies praeclara et pulchra, nesciens vespere, non habens occasum; in qua audiam vocem laudis, vocem exultationis et confessionis; in qua audiam: Intra in gaudium Domini! O gaudium super gaudium, gaudium vincens omne gaudium, extra quod non est gaudium! quando intrabo in te, ut

videam Deum meum, qui habitat in te? Ibo illuc, et video visionem hanc grandem. Quid est, quod me detinet? Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est! Veni, Domine, et noli tardare. Veni, Domine Jesu Christe; veni, et visita nos in pace. Veni, et educ vincetos de carcere, ut laetemur coram te corde perfecto. Veni, Salvator noster; veni, desideratus cunctis gentibus; ostende faciem tuam, et salvi erimus. Quamdiu miser jactabor in fluctibus mortalitatis meae, clamans ad te, Domine, et non exaudis? Audi clamantem, Domine, de hoc mari magno, et adduc me ad portum felicitatis aeternae. Felices, qui, de periculis maris hujus educti, ad te Deum, portum tutissimum, pervenire meruerunt. O vere beati, qui ad regnum omnium saeculorum pervenerunt. O quam gloriosum est regnum, in quo tecum, Domine, regnant omnes Sancti, amicti lumine sicut vestimento, habentes in capite suo coronam de lapide pretioso; ubi summum bonum possidetur, quod est, videre semper faciem Domini virtutum! En ad te clamamus redempti tui, sed et nunc exules tui, quos pretioso Sanguine redemisti. Exaudi nos, Deus salutaris noster, spes omnium finium terrae. Salva nos propter Nomen sanctum tuum! Amen.

DEVOTIONES ERGA B. V. MARIAM.

Oratio s. Bernardi. Salve Regina misericordiae, Domina mundi, Regina coelorum, Virgo virginum, Sancta sanctorum, lumen coecorum, justorum gloria, peccatorum venia, desperatorum reparatio, deficientium fortitudo, salus orbis, speculum totius integritatis. Sit pietatis tuae, ipsam quam apud Deum gratiam invenisti, notam facere mundo, reis veniam, medelam aegris, pusillis corde robur, afflictis consolationem, periclitantibus adjutorium obtinendo sanctis tuis precibus.

Per te accessum habeamus ad Filium, o benedicta inventrix gratiae, genitrix vitae, mater salutis, ut per te nos suscipiat, qui per te datus est nobis. Excuset apud ipsum integritas tua culpam nostrae corruptionis: humilitas Deo grata nostrae veniam impetret vanitatis. Copiosa charitas tua nostrorum cooperari multitudinem peccatorum: et foecunditas tua gloriosa foecunditatem nobis conferat meritum.

O Domina nostra, Mediatrix nostra, Advocata nostra! tuo Filio nos reconcilia, tuo Filio nos commenda, tuo Filio nos praesenta.

Fac, o Benedicta, per gratiam quam invenisti, per praerogativam quam meruisti, per misericordiam quam peperisti: ut, qui

te mediante fieri dignatus est particeps infirmitatis et miseriae nostrae, te quoque intercedente participes nos faciat gloriae et beatitudinis suae, Jesus Christus Filius tuus Dominus noster, qui est super omnia benedictus in saecula. Amen.

Alia Oratio. Memorare, o piissima Virgo Maria, non esse auditum a saeculo, quemquam ad tua currentem praesidia, tua implorantem auxilia, aut tua petentem suffragia, a te esse derelictum. Ego tali animatus fiducia, ad te Virgo virginum, Maria, Mater Jesu Christi, confugio, ad te venio, ad te curro, coram te gemens peccator et tremens assisto. Noli, o Domina mundi, noli, aeterni Verbi Mater, verba mea despiciere, sed audi propitia, et exaudi me miserum ad te in hac lacrymarum valle clamantem. Adsis mihi, obsecro, in omnibus necessitatibus meis, nunc, et semper, et maxime in hora mortis meae. O clemens, o pia, o dulcis Virgo Maria!

ORATIO VESPERTINA.

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, Amen.

Inclinata est dies: nox appropinquavit. Venite, extollamus manus nostras in sancta, et glorificemus Dominum, qui fecit nobiscum misericordiam suam.

V. Benedic anima mea Domino. R. Et noli oblivisci omnes retributiones ejus.

OREMUS.

Deus, qui divitias tuae immensae bonitatis in nobis ostendere non desinis: tibi pro collatis beneficiis gratias agimus, humiliter deprecantes, ut quod immeritis tribuere dignatus es, semper ad majorem nominis tui gloriam referamus. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Confitebor tibi in toto corde meo, Deus meus, bonitas infinita! et narrabo mirabilia tua, quia magnificata est hodie misericordia tua super me, et liberasti animam meam a perditione. Et unde hoc mihi, ut recorderis mei, praeveniens me tot benedictionibus dulcedinis et charitatis tuae?

Tu ab aeterno dilexisti me, et in splendoribus Sanctorum vidisti tenebras meas. Tu me ex nihilo condidisti et e numero pereuntium misericorditer exemisti. Tu ex nativitate mea factus es protector meus, et segregasti me in servum tibi. Tu propter me omnia gubernas et regis, et quae ad me pertinent, efficacissima providentia disponis. Tu me hac die ex innumeris ereptum periculis, multis et mirabilibus beneficiis cumulasti.

Et quis sum ego, ut invenirem gratiam in oculis tuis? Tu potentissimus et immensus: ego vapor et nihil. Tu sapientia et

lumen: ego tenebrae et ignorantia. Tu fons bonitatis: ego vermis et non homo, et omnes justitiae meae sicut vestis sordida. Et tamen non cessas diligere me, et egenam animam meam bonis tuis locupletare. Ideo benedicam tibi omni tempore, qui eripuisti animam meam de morte et pedes meos a lapsu, cum tamen ego miserabilis peccator et servus ingratus contristaverim hodie Spiritum tuum peccatis meis. Et nunc Domine poenitet me peccasse: miserere mei secundum magnam misericordiam tuam. O si nunquam te offendissem! o si praecepta tua nunquam transgressus, amoris tui nunquam oblitus fuisset! Atque utinam, Deus meus, cras tibi perfectius serviam, et omnia creata spernens, te unum timeam et diligam! Tu solus potes animam meam satiare, Deus cordis mei et pars mea Deus in aeternum. Quando venies ad me, et me totum possidebis? Veni, Domine, fac me unum tecum, et cor meum, abstractum ab omni creatura, tibi soli impollutum conserva. Nam quid proderit universa vanitas, cum veneris sicut fur in nocte? Revela igitur oculos meos, ut considerem novissima mea, et prospiciam salutem meam. En vitae et salutis incertus perveni ad finem hujus diei. In manus tuas commendo spiritum meum. Redime me, et miserere mei, quia unicus et pauper sum ego.

Crede tibi, summa veritas! In te spero, salus mea! Te diligo et amplector toto corde: omnia enim, quae fecisti, magna voce clamant, ut diligam te, cum sis unicum et omne bonum meum.

Aperi mentes omnium, quos creasti, eorum praesertim, pro quibus orare debeo, ut tibi Regi coelorum honor et gloria ab omnibus tribuatur. Radicitus extirpa omne peccatum et vitium, omnem discordiam et infidelitatem. Peccatoribus poenitentiam, justis perseverantiam, afflictis consolationem, inimicis nostris charitatem largire. Sit in omnibus patientia, benignitas, humilitas. Miserere omnium animarum fidelium in pace quiescentium, et da illis requiem sempiternam.

Vos Angeli sancti, vigiles coeli, agite pro me, dum dormio, excubias amoris, et vestro semper vigilantia affectu summum Bonum diligite. Tu Angele gloriose, qui mei curam suscepisti, assiste mihi hac nocte, hostemque comprime, ne noxiis animi phantasmatis corporis puritatem laedat. Adeste, Sancti et Electi Dei, vos praesertim Patroni mei, supplete vices fragilitatis meae, et custodite hujus noctis vigiliis super me, Deumque pro me laudate, ac me ab omni malo defendite. Tu denique, beatissima Virgo, mater pulchrae dilectionis, protege me hac nocte sub umbra alarum tuarum. Monstra apud Filium tuum te esse matrem, matrem gratiae et misericordiae, mihi que impetra cor castum et purum, ut in eo quiescat dilectus Filius tuus

Jesus Christus Dominus noster, qui est benedictus in saecula saeculorum. Amen.

Dignare Domine nocte ista — *R.* Sine peccato nos custodire.

V. Miserere nostri, Domine. *R.* Miserere nostri.

V. Fiat misericordia tua Domine super nos. *R.* Quemadmodum speravimus in te.

V. Domine, exaudi orationem meam. *R.* Et clamor meus ad te veniat.

OREMUS,

Fac nos, quaesumus Domine, tibi servire in sanctitate et iustitia omnibus diebus nostris, exspectantes beatam spem, ut in pace, consummato vitae cursu, ingrediamur in illam requiem, ubi nox ultra non erit, et videamus faciem tuam, et requiescamus in gloria tua, glorificantes te in saecula saeculorum. *R.* Amen.

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini. *R.* Qui fecit coelum et terram.

V. Sit nomen Domini benedictum. *R.* Ex hoc, nunc, et usque in saeculum.

Retribuere dignare, Domine, omnibus nobis bona facientibus propter nomen tuum vitam aeternam. *R.* Amen.

Pater noster. Ave Maria. Credo.

Benedicat et custodiat nos omnipotens et misericors Dominus, Pater et Filius et Spiritus sanctus. *R.* Amen.

Tunc dicitur. PSALM. 29. De profundis etc.

Monita a Sacerdotibus frequenter perlegenda.

1. Examine saepius utrum exemplum sitis fidelium, in verbo, in conversatione, in caritate, in fide, in castitate.
2. Quotidie saltem dimidiam horam mentali orationi ferventer impendite.
3. Officium divinum recitate lente, attente, reverenter, devote, corpore religiose composito et anima prius pie praeparata.
4. Sanctissimum missae sacrificium peragite sine festinatione, cum reverentia externa quae fideles aedificet, cum attentione, cum praevia praeparatione per quadrantem circiter horae.
5. Post missam gratias agite et cum Deo per quadrantem ad minus horae conversamini.
6. Pro conservanda animi puritate confessionem ultra quindecim dies ne differatis.
7. Pro confessario probum et doctum virum eligite.
8. Quovis anno, tempus pro spiritualibus exercitiis eligite.

9. Examen particulare vel recollectionem cum lectione Novi Testamenti prandio praemittite.

10. Societatem dissolutorum tam laicorum, quam clericorum, ubi nulla est probabilis spes eos ad meliora reducendi, fugite.

11. Consortia, familiaritates et conversationes parum utiles, non necessarias cum altero sexu, vitate.

12. Venationibus et aliis recreationibus, quae scandalum vel vilipensionem clericorum ingenerant, sive murmur causant, renuntiate.

13. Alitaria, paramenta, et sacram supellectilem curate mundissima esse.

14. Visitate SS. Sacramentum tempore pomeridiano, ubi oportunitas sinet.

15. Vestes clericales gerite, capillos componite, tonsuram ferte ut probatores sacerdotes.

16. Avaritiam ut pestem fugite, superflua vestra in causas pias impendentes.

17. Instructiones catecheticas tam publicas in ecclesiis, quam privatas in scholis facite, promovete et juvate.

18. Frequentes ad plebem exhortationes habete, utiles quidem, et quae magis ad compunctionem et emendationem quam ad sterilem admirationem serviant.

19. Ad audiendas confessiones vocati promptos facilesque vos praebete. Utinam ubique vigeret consuetudo, ut nulla non hebdomada confessarius pro sacro tribunali assideret.

20. Infirmis diligenter assistite, eos sacramentis, precibus, piis monitis et auxiliis temporalibus pro posse juvantes.

21. Negotiis secularibus et aliorum forensibus litibus ne immisceatis vos.

22. Studiis solum clericalibus, praesertim Scripturae sacrae impendite vos.

23. In mensa, recreatione et somno limites rationabiles ne excedatis.

24. Sub actionibus diurnis mentem ad Deum levate.

25. Mariam Dei Genitricem ferventer colite.

26. Piam lectionem quotidie facere ne negligatis.

27. In gravius momenti deliberationibus non proprium iudicium, sed, Deo invocato, confessarii vel alterius prudentis viri consilium sequimini.

Gebete, Sprüche und Anmuthungen

bei Krankenbesuchen.

Vertrauensvolles Gebet eines Erkrankten. Allmächtiger, ewiger Gott! der Du mit Weisheit und Vatergüte die Schicksale der Menschen leitest und Alles zu unserem Besten lenktest. Du hast mich jetzt auf das Krankenlager gelegt, und mir eine obwohl schmerzliche Prüfung aus huldvollen Absichten gesendet.

Vater, lieber Vater! Dein Kind, das du liebst, liegt krank darnieder und erhebt stehend Hände und Herz zu Dir, der Du ein Vater der Erbarmung und ein Gott alles Trostes bist. Verleihe mir christliche Geduld in meiner Krankheit, daß ich nicht kleinmüthig verzage, und stärke mein Vertrauen auf Deine Gnade, daß ich nicht müßlos wider Deine weisen Anordnungen murre. Du bist eben so gut mein Vater in franken wie in gesunden Tagen. Ich bin in Deinen Händen, und Du wirst Dein armes Kind nicht verlassen, wo es Deiner Hilfe so sehr bedarf.

Die Krankheiten sind ernste, aber lehrreiche Schulen des Guten. Verleihe mir die Gnade, daß ich mir die Zeit meiner Krankheit recht weise zu Nutzen mache. Laß mich es recht lebendig erkennen, wie süchtig und eitel Alles auf dieser Erde ist, und wie vergänglich und hinfällig Alles, auf was wir so oft ein so großes Vertrauen setzen. Meine Jahre sind dahingeschwunden wie ein Traum; und was ist mir übrig geblieben? — Nichts, o mein Erbarmender! als meine Thaten. O wie bitter muß ich jetzt meine Verirrungen beweinen; und mit welcher Angst und Verzweiflung müßte ich jetzt an das Gericht denken, das meiner wartet, wenn ich nicht durch Deinen lieben Sohn, Jesus Christus an Dir einen veröhnten Gott und erbarmungsvollen Vater erlangt hätte. Im Namen Jesus lege ich mich mit einer herzlichlichen Zuversicht in die Arme Deiner gütigen Vorsehung. Füge es mit mir nach Deinem heiligsten Wohlgefallen; mein Willen soll im Leben, Leiden und Tod eins mit dem Deinigen sein. Ich will mit kindlicher Ergebung alle Schmerzen und Leiden dulden, die Du mir senden wirst. Nur unterstütze mich, o mein Gott und komm meiner Schwachheit zu Hilfe. Du hast den Arzt verordnet, und die Heilkräfte in die Natur gesetzt: ich will daher seinen Anordnungen willig gehorchen, denn es ist Dein Wille, daß ich mich der Mittel bediene, die Du zur Herstellung unserer Gesundheit geschaffen. Ich will ungesäumt meine Angelegenheiten in Ordnung bringen, damit der wahre Zustand derselben nicht mein Herz beschwere, oder, wenn ich von Dir in die Ewigkeit gerufen werde, den Meinigen unnöthige Verdrüßlichkeiten verursache. Die theuren Seelen, die um

mich besorgt sind, die vor mir weinen und mich noch länger zu bedürfen glauben, empfehle ich Deinem liebevollen Herzen; sei ihr Tröster, ihr Versorger, ihr Vater! Vor Allem aber, o Du Licht der Herzen, erleuchte mich, daß ich in den Stunden der Krankheit für meine arme Seele sorge. Mit aufrichtiger Reue klage ich mich wegen meiner vielen Uebertretungen und Sünden vor Dir an; mit innigem Verlangen sehne ich mich nach dem Empfange jener heil. Sacramente, durch die ich Verzeihung meiner Sünden und Gnade zum Guten erhalte, und außs Reue in die innigste Vereinigung mit meinem göttlichen Heilande Jesus Christus trete. Laß mich aller jener Gnaden theilhaftig werden, die Du mit dem würdigen Empfange derselben verbunden hast, und erfülle mich mit einem lebendigen Eifer, an dem Heile meiner Seele zu arbeiten, soviel ich Schwacher vermag. Meine Geduld in Schmerzen, meine gänzliche Hingabe in Deinen Willen, mein kindliches und demüthiges Vertrauen auf Deine Güte, vor Allen aber die unendlichen Verdienste meines göttlichen Erlösers, und der unaussprechliche Werth seines Leidens und Sterbens werden mich mit Dir versöhnen.

Ich bin in Deinen Händen, o Vater! und ich bin es gerne. Werden meine Schmerzen andauernd und heftig, so will ich dennoch Deine züchtigende Vaterhand mit Vertrauen küssen. Schenke mir die liebe Gesundheit wieder, so seien alle meine übrigen Lebens-tage Dir und Deinem Dienste gewidmet. Sendest Du aber den Todesengel an mein Krankenlager, so will ich ihn unerschrocken und ergeben in Deine Fügungen kommen sehen. Er bringt mich ja zu Dir, mein Gott! der Du das Ziel meiner Wünsche bist. Gerne will ich diese Erde verlassen; sie ist ja nicht meine Heimath, und mit bitterer Reue betenne ich es vor Dir, daß ich — leider so oft — thöricht genug war, mein Herz an sie zu hängen. O Du Kraft der Schwachen, Gott meines Herzens! stärke mich mit Deiner Kraft; denn ohne Dich — vermag ich nichts; aber wenn Du mir hilffst, dann sehe ich unverzagt hin über Tod und Grab in eine bessere Welt. Ich weiß, daß mein Erlöser lebet, und mein Fürsprecher bei Deinem Gnadensthronen ist; um seiner Verdienste, um seiner Liebe willen nimmst Du meine Reue huldreich auf. Du erlastest mir meine Sünden, und erbarmst Dich Deines Kindes väterlich, das Du für Deinen Himmel geschaffen. Um Jesu willen werde ich an Dir einen mildreichen Gott finden, der mich segnen und ewig erfreuen wird.

Ja, mein Erbarmender! ich bin vollkommen zufrieden mit Allem, was Du beschliesest. Ich umfange Dich mit den Armen des Glaubens und der Liebe, und hoffe auf Dich; denn Du bist der Gott meines Heiles; mein Herz und meine Seele sehnt sich nach Dir; lebe ich, so lebe ich Dir, sterbe ich, so sterbe ich Dir; ich mag nun leben oder sterben, so bin ich Dein. Amen.

Ergebung in Gottes Willen. O gütigster Gott, lieb- reichster Vater! die du lieb hast, züchtigst Du. — Diese Krankheit hat deine Liebe mir gesendet; es ist so geschehen nach deinem heiligen, vollkommnen Willen. Ich danke Dir von Grund meines Herzens für dieses sichere Kennzeichen deiner Liebe.

Durch dieses Leiden soll der Name Gottes geheiligt, und mein Seelenheil befördert werden. — Deine Vatergüte wird mich tragen, deine Treue wird mich behüten, deine Gnade wird mich stärken; ich hoffe es von Dir, Du bist mein Vater, mein Heiland!

Ich danke Dir, liebster Vater! für das Kreuz, das Du mir sendest! denn es wird mein Leben bessern, meine Sünden tilgen, und mich in Guten stärken.

Jesus hat gelitten, und durch den Tod ist Er in die Herrlichkeit eingegangen; ich will mit Jesu leiden, der Welt und ihrer Lust absterben; dann werde ich einst meinen Jesus in seiner Herrlichkeit finden, und durch Ihn ewig selig sein.

Morgengebet. Allmächtiger, ewiger Gott, ich danke Dir vom Grunde meines Herzens, daß Du mich diese Nacht gnädigst erhalten hast. Ich empfehle mich heute von neuem in deinen väterlichen Schutz, und übergebe mich ganz deinem göttlichen Willen, sei es zum Leben oder zum Sterben. Alles Ungemach, alle Leiden und Schmerzen, die ich heute ausstehen werde, opfere ich Dir, meinem höchsten und lieblichsten Vater auf, in Vereinigung mit dem bitteren Leiden und Sterben meines Erlösers Jesu Christi, zur Ehre und Verherrlichung deiner Majestät, zur Abbüßung aller Sünden meines Lebens, . . . und nehme mir ernstlich vor, dieselben aus Liebe zu Dir geduldig zu ertragen. So oft ich heute seufzen, meine Augen bewegen, reden, atmen, oder eine Arznei, Speise oder Trant genießen werde, eben so oft, o mein gütigster Gott, verlange ich, Dich anzubeten, Dich zu loben, zu preisen und zu lieben. Sollte mein Gemüth durch die Größe meiner Leiden oder durch Schwachheit allzusehr überwältigt und gehindert werden, daß ich Dir nicht Alles so, wie ich es wünsche, aufopfern könnte, so wollest Du, o barmherziger Gott, diesen meinen Willen für die That gütigst annehmen. Willst Du mir diesen Tag noch das Leben schenken, so sei dein heiligster Name gepriesen; ist es Dir aber gefällig, mich diesen Tag von der Welt hinwegzunehmen, so geschehe dein heiligster Wille. Dir allein will ich leben und sterben!

O mein Gott, ich glaube an Dich; denn Du bist die ewige Wahrheit, stärkte mich in meinem Glauben. O mein Gott, ich hoffe auf Dich; denn Du bist allmächtig, unendlich treu und barmherzig; besetze in mir diese Hoffnung. O mein Gott, ich liebe Dich von ganzem Herzen über Alles; denn Du bist die Güte und Liebenswürdigkeit selbst; vermehre meine Liebe! Aus Liebe zu Dir bereue ich alle

meine Sünden und will ich alle Leiden aus deiner Hand willig annehmen und geduldig ertragen.

O Maria, du Heil der Kranken! nach Gott meine nächste Zuflucht! dich bitte ich, sei meine Fürsprecherin bei deinem liebsten Sohne; damit ich durch deine allesvermögende Fürbitte entweder die leibliche Gesundheit, oder eine glückselige Sterbestunde erhalte. Beschütze mich vor den Feinden meines Heiles; und erwirb mir die Gnade, daß ich, als dein getreues Pflegekind, dich einst im Himmel anschauen möge. O allertliebste Mutter! deiner Obhut empfehle ich meinen Leib und meine Seele! unter deinem Schutze, o mächtigste Frau und Mutter, hoffe ich mit Zuversicht mein Heil zu finden.

O mein h. Schutzengel! ich danke dir, daß du mich diese Nacht so sorgfältig bewacht hast, und bitte dich mit allen heiligen Engeln, wachet über mich auch diesen Tag und jeden Augenblick bis ans Ende meines Lebens. — Und ihr, Heilige Gottes, besonders du mein heiliger Namenspatron, und ihr meine heiligen Beschützer, helfet mir durch euere Fürbitte auch an diesem Tage, und verlasset mich nicht, wenn jener Augenblick kommen sollte, von welchem die ganze Ewigkeit abhängt. Bittet für mich bei dem göttlichen Richter, daß ich ein Kind des Himmels und ewig selig werde.

Abendgebet. Heiligste Dreieinigkeit! Gott Vater, Sohn und h. Geist! Dir sei unendlicher Dank gesagt für alle Wohlthaten und Leiden, die Du mir heute zugeschickt hast. Wenn ich meine Leiden nicht mit der gehörigen Geduld ertragen habe, so bitte ich demüthig um Verzeihung. Ich empfehle mich in dieser Nacht deinem göttlichen Schutze. Alle meine Sünden sind mir herzlich leid, weil ich Dich, o höchstes Gut! das ich über Alles liebe, damit beleidiget habe. Ach, hätte ich doch nie etwas Böses vor Dir begangen! Ich nehme mir ernstlich vor, mein Leben zu bessern. Zur Genugthuung für meine Sünden opfere ich Dir auf, o himmlischer Vater, die unendlichen Verdienste deines göttlichen Sohnes Jesu Christi. Laß doch den theuern Werth seines Leidens und Sterbens an mir nicht verloren gehen! Jesu! Dir schlafe ich; Jesu! Dir wache ich; Jesu! Dir lebe ich; Jesu! Dir sterbe ich; Jesu! dein bin ich todt und lebendig. Amen.

Allerheiligste Jungfrau und Mutter Gottes, Maria! lindere durch deine Fürbitte diese Nacht meine Schmerzen. Sei meine Beschützerin in der Stunde der Verführung, sei meine Trösterin, sei meine mächtige Fürsprecherin bei Jesu, deinem göttlichen Sohne. O heil. Schutzengel und ihr alle Heiligen Gottes! beschützet mich diese Nacht und bewahret mich vor allem Uebel! Erbarme Dich auch, o barmherziger Gott, der armen Seelen im Fegfeuer! Gib ihnen die ewige Ruhe und das ewige Licht leuchte ihnen. Herr, laß sie ruhen im Frieden. Amen.

Betheuerung für die Todesstunde. Mein anbetungswürdigster Gott! ich armer Sünder liege hier vor deinen Füßen, und will Dir Folgendes mit allem Ernste betheuern, und zwar so, als wenn ich mich wirklich schon in jenem Augenblicke befände, in welchem ich aus diesem Leben in das zukünftige schreiten werde.

Ich glaube fest, mein Gott; (denn Du, die ewige Wahrheit, hast es ja deiner Kirche geoffenbaret) das Geheimniß der allerheiligsten Dreieinigkeit, die Menschwerdung und den Tod deines Sohnes Jesu Christi, und alles Uebrige, was mich deine Kirche lehret. Ich sage Dir Dank, daß Du mich in dem wahren katholischen Glauben hast geboren werden (oder doch zu dessen Erkenntniß hast gelangen) lassen. Ich betheure hiermit, daß ich in diesem Glauben leben und sterben will. — Voll des Vertrauens auf dein Versprechen hoffe ich von deiner unendlichen Barmherzigkeit, nicht durch meine, sondern durch die Verdienste Jesu Christi, meines Erlösers, Du werdest mir die ewige Glückseligkeit geben, nebst den nothwendigen Gnaden, zu derselben zu gelangen; und darum, o Gott meiner Hoffnung! werfe ich mich ganz in deine liebevollen Arme, in welchen ich zu sterben verlange. — O Gott, der Du würdig bist, unendlich geliebt zu werden! ich liebe Dich über Alles, mehr als mich selbst, von ganzem Herzen. Hier vor Dir betheure ich, daß ich bei meinem Absterben diese Liebe erneuern will, damit ich hier in deiner Liebe scheidend, fortfahren möge, Dich durch die ganze Ewigkeit zu lieben. Dazu bitte ich jetzt um deine Gnade und deinen göttlichen Beistand. Daß ich Dich in meinem Leben so vielmal verachtet und beleidigt habe, da ich Dich hätte lieben sollen, darüber trage ich jetzt herzliche Reue; betheure auch, daß ich deswegen mit weinenden Augen und reuevollem Herzen zu sterben verlange. So nehme ich mir auch fest vor, Dich, meinen Gott, in Zukunft niemals mehr zu beleidigen, und aus Liebe zu Dir, verzeihe ich von Herzen Allen denjenigen, welche mir jemals etwas zu Leide gethan haben. — Mit willigem Herzen nehme ich den Tod mit allen seinen Schmerzen und Umständen aus deiner Hand an. Ich vereinige ihn mit dem Tode und den Schmerzen Jesu Christi: ich opfere ihn auf zur Anerkennung deiner allerhöchsten Herrschaft über mich und alle Geschöpfe, und zur Genugthuung für meine Sünden. Nimm an, allerhöchster Herr! dies Opfer meines Lebens, welches ich jetzt Dir darbringe, nimm es an durch die Liebe zu jenem Opfer, welches Dir dein geliebter Sohn auf dem Altare des Kreuzes mit Sich selbst dargebracht hat. Jetzt schon übergebe ich mich für die Stunde meines Todes deinem heiligsten Willen, und betheure, daß ich mit den Worten zu sterben verlange: O Gott! dein heiligster Wille geschehe zu jeder Zeit!

Und Du, o Jesu! meine gekreuzigte Liebe, der Du einen so bittern und grausamen Tod erwählt hast, damit ich eines glücklichen

Todes sterben möge: erinnere Dich alsdann, daß ich eines aus jenen Schäflein bin, welche Du mit deinem kostbaren Blute erkaufst hast. Wenn mir alle Geschöpfe, alle meine Freunde und Bekannten nicht mehr werden helfen können, wenn mich Alles verlassen wird, da kannst Du allein mich überflüssig trösten und selig machen. Mache mich würdig, Dich als meine letzte Wegzehrung zu empfangen, und laß nicht zu, daß ich Dich für immer verliere und auf ewig von Dir getrennt werde. Nimm mich alsdann auf in deine heiligen Wunden, welche ich darum jetzt andächtig küsse. Ich umfange Dich mit ganzer Seele, o gekreuzigter Jesu! und verlange mit dem letzten Athmen meine Seele in die offene Wunde deines liebevollen Herzens auszuhauchen. — Unbefleckte Jungfrau, meine Mutter und Fürsprecherin! nach Gott, meinem Helnde, bist und solst du allzeit sein meine Hoffnung und Stärke, wie immer, so besonders an dem Ende meines Lebens. Jetzt schon für alsdann nehme ich zu dir meine Zuflucht und bitte dich, du wollest mir in jener großen Noth deine Hilfe nicht versagen. Meine gütige Königin! verlaß mich nicht in meiner Todesstunde; komm alsdann, nimm meine Seele auf, und stelle sie vor das Angesicht deines Sohnes; ich erwarte dich in jenem entscheidenden Augenblicke und hoffe unter deinem Schutzmantel und zu deinen Füßen zu sterben. Heiliger Erzengel Michael! mein heiliger Schutzengel! du mein besondrer Fürsprecher, h. Joseph! und alle meine hh. Schutzpatronen! kommet mir zu Hilfe in jenem schweren Streite mit der Hölle, damit ich nicht unterliege! Jesu, Maria! Joseph h! Euch übergebe ich mein Herz, meinen Leib und meine Seele. Amen.

Christliches Testament. Im Namen der allerheiligsten und untheilbaren Dreieinigkeit, des Vaters †, des Sohnes † und des heiligen † Geistes. Amen.

Ich A. übergebe meine Seele in die Hände ihres Schöpfers und Erlösers: den Leib lasse ich der Erde zurück, aus der er geformt ist: allen zeitlichen Gütern, Ehren und Ergötzungen entsage ich mit bereitwilligem Herzen: nur Dich allein, meinen Gott und Herrn, verlange ich zu besitzen.

Ich bereue von ganzem Herzen alle meine Sünden, weil ich Dich, meinen Gott und Herrn, das höchste Gut, meinen besten Vater und lieblichsten Erlöser, den ich über Alles liebe, dadurch beleidigt habe. Ich verspreche Dir mit deiner Hilfe ernstliche Besserung und Genugthuung. Ich verzeihe Allen gern jegliche Unbill, demüthig bittend, daß dasselbe auch mir zu Theil werde.

Ich glaube Alles, was die katholische Kirche mir zu glauben vorstellt. Ich hoffe, o Herr, gemäß deinen treuen Verheißungen, durch die Verdienste Jesu Christi, von deiner unendlichen Barmherzigkeit vollkommene Vergebung meiner Sünden und das ewige Leben.

Dich, meinen wahren, dreieinigen Gott, mein höchstes Gut, liebe ich aus meinem ganzen Herzen. Uebles und Gutes nehme ich von deiner Hand mit Dankbarkeit an, und stelle mich ganz deiner göttlichen Vorsehung, und deinem allerheiligsten Wohlgefallen anheim.

Diesen meinen letzten Willen durch Zeugniß und Beistand zu bekräftigen, rufe ich euch an, o seligste Jungfrau Maria, heil. Joseph, heil. Schutzengel, und ihr alle, meine himmlischen Beschützer. Nehmet die Wünsche und Vorsätze eures Dieners auf, und bringet sie vor das Angesicht meines Herrn, Erlösers und Richters. Amen.

Anrufung der göttlichen Hülfe. O Gott merke auf meine Hülfe; Herr, eile mir zu helfen. Ps. 69. —

Meine Seele ist betrübt; aber Du, o Herr! wie lange verweilst Du? ach, wende Dich zu mir und errette meine Seele; hilf mir, und mache mich selig nach deiner Barmherzigkeit. Ps. 6. — Auf Dich vertraue ich, o mein Gott; hilf mir und errette mich. Ps. 7. — Ach Herr, entferne deine Hülfe nicht von mir: denn die Angst naht, und es ist kein Helfer hier, als Du. Ps. 31. — Meine Kräfte sind verborret, wie ein Scherben. Aber Du, o Herr, bist meine Stärke! Ps. 21 u. 24. Du bist mein Helfer und mein Erlöser, ach, verweile nicht lang. Ps. 59. — Meine Seele ist traurig in mir, und will sich nicht trösten lassen. Ps. 76. Sei Du mein Trost, o Vater der Barmherzigkeit, und Gott alles Trostes! 2. Cor. 1. — Ich bin arm und leidend; die Wasser der Trübsal sind bis an meine Seele gedungen: hilf mir, o Gott, und laß mich bei Dir Heil finden. Ps. 58. — Stärke mich jetzt in meiner letzten Stunde, o Herr, Gott Israels, auf daß ich vollbringen möge, was ich im Glauben gedacht habe, daß es durch Dich geschehen könne. Jud. 13.

